



D. Joachimi Vadiani cos. Sangallensis ad D. Joan. Zuiccium Constantieñ[sis] ecclesi[ae] pastor?[m] Epistola, : in qua post explicatas in Christo naturas diuersas, & personam ex diuersis naturis unam, Jesum seruator?[m] nostrum, uel in gloria ueram esse creaturam, tum oraculis scripturarum sacrosanctis, tum interpretum orthodoxorum autoritate docetur & demonstratur.

<https://hdl.handle.net/1874/420549>

gle 3

D. IOACHI
MI VADIANI COS.

SANGALLENSIS AD D. IOAN.
Zuiccium Constantienſ. eccleſiæ Paſtorē Episto-
la: in qua poſt explicatas in Chriſto naturas diuer-
ſas, & perſonam ex diuerſis naturis unam, Ieſum
ſeruatorē noſtrum, uel in gloria ueram eſſe crea-
turam, tum oraculis ſcripturarum ſacroſanctis,
tum interpretum orthodoxorum auctori-
tate docetur & demonſtratur.

ACCESSIT HVIC EODEM
AVTHORE

ANTILOGIA, AD CLARISSIMI VI-
ri Dom. Gasparis Schuenckfeldij argumenta, in
Libellum qui ab eo Summarium inſcriptus eſt,
collecta: quibus Chriſtum Dominum in gloria
receptum, amplius Creaturam nullo
modo eſſe, contendit.

TIGVRI APVD FROSCHE.

AD IOACHIMUM VADIANUM M B
dicum, Reipublicæ Sangallensis primarium
uirum, Francisci Nigri Bastianatis,
Contentiuncula.

CHIRON Phillyrides biforme monstrum,
Nec non huius alumnus, interempta
Seruauit sibi quem parente Apollo,
Natusq; una Amithaonis Melampus,
Ac plures alij referre longum
Quos esset, Vadianum iniquiore
Præferri hic, animo sibi ferebant,
Artis quod medicæ peritum ad usum
Spectat: Quis ego tunc, mihi inter, inquam,
Ornati omnigena eruditione
Ipsius Vadiani amiciores
Sic contingat haberi, ut haud inique
Estis postpositi peritiori:
Nam uos (ut fateamur id quod est res)
Tantum corporibus ualetis ægris
Quæsi medicari. At is petita
Diuinis Vadianus è libellis
Præbens pharmaca perbenigna, nostris
Infirmis animis simul medetur.

2
ORNATISSIMO VI

RO D. D. IOANNI ZVICCIO CLA

rissimo Ecclesie Constantienſi, Pastori,

Ioach. Vadianus S. D.



ASPARIS LIBELLOS LEGI, Occasio operis,
Zuicci doctissime, libellos inquam illos, in quorū uno, queritur nondum satis patere Ecclesie, Christi domini sui cognitionem: atq; ita quidem ipsam sibi uendicat, ut uel Apostolorum aetate ignoratus à nostris Christus uideri possit: altero argumēta quaedam obiter concinnat, quibus constare posse arbitrat, Christum in gloria receptū, iuxta naturam etiam qua caro & homo est, creaturam amplius non esse, sed sic in deum assumptum esse, ut supra omnem creaturam existat, acerbissime interim suggillatis, qui creaturam esse dicere, suarq; gloria cum fidei totius & religionis ingenti, ut putat, iactura spoliare audeant.

Et dolui quidem, fateor, quum legerem, non ea modo causa, quod uiderem ex optimis quidem illis & doctissimis uiris non paucos aetate nostra existere, qui, quid tantis & tam pronis in periculis, quibus ecclesia Christi exposita est, cum publicae utilitati & commoditati recte sentientium, tum etiam ecclesie ipsi modis omnibus iuuanda (modo pii & officiosi uideri uellent) deberent: sed illa longe magis, quod nec memoria & exemplis

Dissentio-
nis malum,

tot sæculorum quibus durauit ecclesia, nec studijs
illis dissensionum intestinarũ & artibus satanæ,
quibus iam olim in angelum lucis transfigura-
tus nocere uehementer, & omnia quæ sunt Chri-
sti turbare & miscere conatus est, adeo admonen-
tur aut terrentur, quin subinde, uel nouandi cupi-
ditate, uel ingenij ostentandi amore, in castris illis
militiæ Christianæ, propemodum seditiosi esse
non desinant: quasi uero leue malum sit Discor-
dia, & nocentius esse quicquam seditiõibus &
tumultibus in illo cœtu possit, qui nisi concordia
& unanimitate & disciplinæ & doctrinæ obserua-
tione & traditione cohibetur, nulla in spe esse ui-
ctoriæ aduersus mundum obtinendæ, queat.

Veteres er-
rores resu-
scitantur.

Intellexi autem ex amicorum literis hinc in-
de missis, esse hodie per Germaniam minime in-
doctos uiros qui dogmata nonnulla iam pridem
iustissimis de causis dånata, ita rursus probent
& asserant, ut digna etiam ducant quæ ab eccle-
sijs sanis & orthodoxis recipiantur. Contra au-
tem, nonnulla sana & pia ita in dubium uocent,
ut ne Scripturarũ quidem, nedum ueterũ Eccle-
siæ Doctõrum auctoritatem & diligentiam ma-
gno æstimaturi uideantur. Neque id scribo uelut
Gasparem opimum uirum, nec parũ de pieta-
te postliminio reuersa merentẽ, inuidia sim apud
te grauaturus. Fateor enim ex huius me lucubra-
tionibus non parum profecisse, & ad manum es-
se etiamnum mihi libellos eius quos relegere, &
quidem magno cum fructu, non piget. Alij mihi
memo-

memorantur, quorum uicem doleo, qui sic licen-
 ter & parum circumspecte nonnulla effutunt, ut
 ne Gaspari quidem, quem authorem tamen sen-
 tentiæ suæ iactitant, probari nonnulla possint. Si
 quidem hic fateatur in Domino glorioso manere
 corpus illud quod Sermo ille æternus de substan-
 tia Virginei corporis homo factus assumpserit, ma-
 nere autem carne, sanguine, ossibus. Illi uero pa-
 lam affirmant, Carnem Christi non esse de natu-
 ra & substantia carnis primorum parentum. Ad
 hæc, Carnem à Verbo in Virgine talē esse assum-
 ptam, quæ nec creatura fuerit unquam, nec hodie
 sit creatura. Item, Verbū in Virgine potius quàm
 ex Virgine carnem assumpsisse. Et, Christum nõ
 solum iuxta diuinitatem, sed etiam iuxta carnem
 assumptam sic filium Dei uiui uideri, ut nihil ex
 homine, sed ex Deo potius omnia habuerit, iuxta
 illud Apostoli (sic enim accipiunt:) Secundus ho-
 mo de cœlo, &c. Præterea, Naturam humanam
 in gloria sic adæquatam esse diuinæ, ut iuxta car-
 nem etiam Deus factus sit Christus, talem enim
 quandam ἀνθρώπου humanæ naturæ in Chri-
 sto palam inuehūt. In domino item glorioso ceu
 unam aliquam in naturam transmutato non ni-
 si unam uoluntatem statuentes, & adeo æqualē
 facientes carnē Christi Verbo glorioso, ut quod
 uerbi propriū est, hoc ipsum à natura carnis glo-
 rificatæ & deificatæ non alienum esse dicant. Ar-
 rider enim eis supra modū Origenis dogma de
 carne nostra olim per gloriam in naturā profus

D. IOACHIMI VADIANI

spiritualē mutandā et absorbenda. In quibus quidem omnibus nō possum illorū tum curā & uigilantiam, tum etiā prudentiā & pietatem non desiderare: ut qui uideam quanta fiducia affirmant, ceu cum casta & incorrupta ueritate cōuenientia, quæ non nisi cū uitiosis quorundā opinionibus, quæ multis retro sæculis ab Ecclesia sunt explosæ, cōueniunt. A Christo enim nato (quod animaduersione dignū est) ad nostram usq; ætatē, prauæ hominū de Christo cogitationes miris modis impegerunt, non in incredulis modo, ut Iudæis quibus scandalū, & Gentibus quibus uultitia Christi est, sed etiā in discipulis et membris qui Christi nomen & fidē sunt professi. Ut re ipsa experiamur, longe uerissime dictū à propheta Esaia, & à Petro repetitū, Christū uidelicet lapidē futurū offensionis, & petrā scandali, qui & solis illis preciosus futurus esset, qui sana & simplici fide, uerbo illius obsequerētur. Primū enim omnium ea causa à plurimis discipulis desertus est Christus, quod & Deū se & hominē esse nō caperent, sed ad crassa duntaxat & carnalia cōuersi, sermone mystico & spiritualia referanti fidem quā debebant, non adhiberēt. Apud Ioan. enim 6. cap. ad discipulos qui durū esse sermonē suum causabantur, Sunt, inquit, quidā ex uobis qui non credūt. Quod quidem, ut præsentē & coram agente domino accidit, sic & absente, & in cælos recepto confestim, & apostolorum quidem (quod mirabile uideri potest) tempore factum est, ut plurimi de celeberrimis Eccle-

Ab initio
multi impe-
gerunt in
Christum.

Ecclesiarum unitate digressi, priuata sibi & longe
 scedissimis dogmatibus uitiata Cõciliabula con-
 gregarint. Hoc enim unum, & præcipuo quidẽ Satanæ stu-
 dium.
 studio post lucem illam ueritatis ex Virgine ædi-
 tam, conatus est satanas, ut quoniam ueritatẽ in il-
 lo qui Veritas erat, multis modis tentato, subuer-
 tere non poterat, eandẽ postea hominibus credi-
 tam & cõmendatam, aliqua ratiõẽ adoriretur, &
 quoad daretur, uitiaret & subuerteret. Proinde o-
 mnibus (quod dicitur) uiribus annixus, eam do-
 ctrinã quam omniũ maxime puram & inconta-
 minatã de Iesu Christo, Deo uero & uero homi-
 ne obseruatã oportuit, sic oblique fucatis opinio-
 nibus inuasit, ut & ingenti negotio grauarit Ec-
 clesias, & palãm illis postea ceu machinis ualidis-
 simis aduersus synceram fidei confessionẽ fuerit
 usus, petramq; illam ueritatis et Ecclesiæ orthodo-
 xæ fundamentum & caput, pietatis prætextu (qui
 suus mos est) perierit & oppugnarit.

Docuerant Apostoli, Christum Dominum Doctrina
 apostolorum de Do-
 mino Chri-
 sto.
 filium Dei uiui, ad salutem & redemptionẽ om-
 nium qui crederent, in hunc mundũ missum, iux-
 ta carnem ex lumbis Dauid, factum de muliere
 Virgine, fructum uidelicet uentris eius, qui in ter-
 ris egerit, uirtutibus & prodigijs & signis, author
 uitæ & salutis omnium qui nomen eius inuoca-
 rint: quem Iudæi sub Pontio Syriæ Præfecto, ad
 internecionem adegerint, suscitatu deinde à Deo,
 & ad dexteram suam in cœlestibus positum usq;
 ad tempora restitutionis omnium, qui & in car-

D. IOACHIMI VADIANI

Valentinus reret. Hic Valentinum Platicum non ita multis annis præcessit, qui & ipse de cælo delatam carnem Christo tribuebat, deteriore angelis conditionem eius facere illos dictitans qui carnem ei nostram induissent. Adhæc, non de spiritu, sed de uiri uoluntate nasci cum oportuisse, aiebat, si carnem nostræ similem substantiæ assumpsisset. Proinde & cælestem ei & longe nostræ dissimilem non ex Virgine, sed de cælo allatam tribuit, transmissam quidem in mundum, & naram per Virginem, quemadmodum aqua per fistulam transmittitur & effunditur. Hic adeo obstinaci & supina fiducia fuit, ut & scripturas mutare, & ea testimonia à quibus oppugnabat, palàm contemneret & reijcere non fuerit ueritus. Alexander etiã illius coætaneus, hæreticus, cuius Tertullianus meminit, eundem errorem inculcans, hunc ad modum colligebat: Si carnem nostram assumpsit Deus, in semetipso carnem peccati euacuauit &c. Quasi uero consequi debuerit, & morbum & culpam cum natura & substantia carnis nostræ assumi à Christo oportuisse. Præterea peccatum de peccato damnari non potuisse, quo legis iustificatio in nobis impleretur, nisi Christus qui Petro teste, peccatum nõ cognouit, & peccatum tamen factus est, carnem nostram cum labe peccati de prima præuaricatione cõtracti, induisset. Atq; hæc quidem opinio tam impia tamq; & Prophetiis & Apostolicis oraculis aduersa, fautores suos & patronos naçta est, & aliquãdiu magna obscuratio

uel humanę carni ullo modo coniungi posse. De illorum autem erant numero qui Christum, licet nomine & professione induissent, in Christum tamen re ipsa non credebant. Et quemadmodum Apostolus Ioannes ait, Ex nobis profecti sunt, sed non erant ex nobis. Aduersum quorum dementiam Ioannem ipsum Episcoporum Asiae rogatum diuinam Christi natiuitatem ab alijs rectius paulo & obscurius relata, diserte & luculenter in Euangelio suo postremum ædico, exposuisse, D. Hieronymus author est.

Porro ubi iam uindicata esset & asserta Christi diuinitas, alij subinde emerere, qui ut illi diuinam antea, sic ipsi humanã naturam adorantes, Christum hominem uerum fuisse negabant. Horum primus & proxime quidem Apostolorum tempora fuit Saturninus, natione Syrus, ex Antiochia prauissimę doctrinę princeps. Qui Christum in solida substantia corporis non fuisse, sed phantasma tantum existisse, & quasi passum fuisse affirmabat. Præterea in nescio quam cœlestem puritatem intentus & inhians, ita à carnis gloria abhorrebat, ut eius resurrectionem, qualem futuram esse Apostoli prædicarant, nullo modo admitteret. Quod ipsum & Alexandrinus ille Basilides sentiebat, longe omnium famosissimus hæreticus, qui hoc amplius insaniebat, ut diceret, Christum non creatoris, sed alius uirtutis filium esse, ac ne phantastice quidem passum, sed eius loco Simonem cruci affixum fuisse asse-

Hereses contra humanitatem Christi

Saturninus

Basilides.

tia defensa & retenta est. Valentinū eñ insecuti sunt, Ptolemæus, Secundus, Marcus, & Colarbasus, qui omnes Christum non humana nostra, sed peregrina & cœlesti nescio qua carne uestierunt. Quod uetustissimi scriptores, Irenæus, Tertullianus & Eusebius in literas rerulerunt. Exiit & Cerdon qui sub Higyno Episcopo Romam uenit, qui & ipse carnis nostræ substantiam in Christo subuertebat, duos deos faciens, Placidū scilicet & sæuum: & à sæuo quidem aiebat mundum esse creatum, à placido autē genitum Christum, quem uere nec natū nec passum, sed phantasmate tantum illa simulasse memorabat. Probabat autem animarum resurrectionem, carnis omnino negabat. Cuius discipulus Martion ille fuit, contra cuius hæresim nihil à magistro diuersam libri à Tertulliano scripti, extant. Martionis delirium instaurarunt Lucanus quidam, nihil sanior præceptore, & Apelles, qui à Martione tam hoc ipso uariabat, ut diceret Christum corpus sibi non phantasticum, nec de carnis nostræ substantia, sed è sydereis aereisq; partibus atq; elementis ipso in descensu induisse, quod postea resurgens, & in cœlos regressus ceu mutatum reddiderit, soluto uidelicet corpore, & in partes ex quibus coaluisset disperso. Solum enim spiritum in cœlos receptum docebat, & negabat ullam aliam resurrectionem futuram quam animarū. Quod ipsum & Gnostici, Cerinthi & Carpocratius successores sentiebant, Christum interim ita di

Ptolemæus
Secundus
Marcus
Colarbasus.

Cerdon.

Martion.

Lucanus
Apelles.

Gnostici.

uidentes, ut Iesum natum ex uirgine, Christum autem non natum, sed in Iesum eo tempore quo baptizatus est, demissum fuisse, & ab eodem in crucem acto, recessisse, ut Iesus solus, non etiam Christus, & passus & mortuus fuerit. Ita enim diuinam naturam separabant ab humana, ut unionem personæ subuerterent: quippe qui nec natum cū Iesu, hoc est homine Mariæ filio, nec mortuum fuisse Christum deum dicerent, ac ceu uirtutem quandam cœlestem, iam accedentem, iam recedentem facerent.

Qui iam hanc iam il iam in Christo naturam labefactarint.

Tatianus.

Aeschines.

Sabellius.

Horum autem omnium magna pars sub Antoninis Imperatoribus exiit, quos deinde & alij insecuti, iam hanc iam illam in Christo domino naturam labefactare & delere conati sunt. Tatianum enim nemo ignorat, qui initio studiosus Iulianum Martyrē sectatus, mox apostata factus ad Valentini & Marcionis conuenticula defecit. Sed & Aeschines quidam circiter Seueri Imperium emerfit, qui Christum non filium, sed patrem ipsum adeoq; deum unicū fuisse patremq; incarnatum & passum docuit: quem & Praxeas secutus est, & post hunc Victorinus Seuero imperante. Et paucis annis post Cypriani mortem, Sabellius in Pentapolitana Libyæ Ptolemaide consimilem errorem disseminauit. Vnde postea, Praxeani & Sabelliani, & à Noeto quodam non diuersa sentiente, Noetiani, generali autem nomine Patrispassiani dicti sunt, qui personas Trinitatis confundere. Neq; in his malorum finis. Sub Seuero

Seuero enim & Theodotus emerfit Bizantinus, Theodotus
 qui Romam profectus, docere cepit Christum
 ex Virgine, & spiritu quidem sancto conceptum
 & genitum, sed purum tamen hominem non
 etiam deum fuisse: donatum tamen præ cæteris
 sanctis eximia iustitiæ autoritate. Post quem al-
 ter Theodotus exiit, qui Christum Melchisede-
 cho inferiorē ea causâ faciebat, quod Melchise-
 dechus, scriptura teste, sine initio & sine fuerit,
 Christus autem initium habuerit. Ea de re illum
 Dei & angelorum, hunc dei & hominum media
 torem faciebat. Magnas turbas & Paulus ille è Sa-
 mosatis Syriæ oppido oriundus, Aureliano im-
 perante mouit, superbus homo & arrogans, qui
 clariss. Ecclesiæ Antiochenæ episcopatu adeptus,
 docere cepit, Christum ante Mariam non fuisse,
 & purum quidem hominem ex ea natum esse,
 sed per gloriam à Patre acceptam Deum postea
 factum esse: quod Artemione quodam insti-
 gante docuisse creditur. Confirmauit autem
 ἀποθέωσις, cuius supra meminimus, qua huma-
 na natura in diuinam transata fuisse putat. Perin-
 de enim atq; Arriani Verbū ante omnia sæcula
 creatum, nec natura deum, sed in deum rece-
 ptum esse affirmabant: ita & Samosatēni sectato-
 res, hominem Christum, in tempore genitum,
 mox paulò deum esse factum diuersa quadam
 tradendi ratione asserebant: hoc uno tamen con-
 sentientes, quod creaturam in creatorem trans-
 ferebant, & diuinitate, hoc est æternitate substan-

Paulus Sa-
mosatenus.

D. IOACHIMI VADIANI

Manes.

Apollina-
ris.

Arrius.

tiam, quæ initium haberet & facta esset, induerant, Emerfit & Manes Diocletiano Imperante, natione Persa, qui inter alia errorum portenta, Christo carnem nostram adimebat, & corporum resurrectionem, ut fabulosam rejiciebat. A quo Manichæos postea uocatos esse sectatores eius, 7. lib. Ecclesiast. historiç scribit Eusebius. Vixit & Apollinaris sub Theodosio, apud Laodiceam Syriæ, Episcopus, qui non hominem tantum, sed carnem tantum, hoc est hominis partem, à uerbo æterno è cælo ueniente assumptam esse & uerbum ipsum animæ loco in corpore Christi fuisse affirmabat. Habere & scripturas uidebatur, pro se facientes. Nulla enim unquam hæresis tam impia aut stolidi fuit, quin quæ semel affirmasset, scripturis fucare tueriq; perrexit. Apollinaris ergo, Verbum, aiebat, Ioanne teste, caro factum est: non autem, Verbum homo factus est. Præterea filius dei Christus uitam habuit in seipso: Homo non habet uitam in seipso, ergo uita ex uerbo non ex anima: hæc enim uitam non ex se, sed ex alio habet. Ad hæc in fidei Symbolo incarnatus agnoscitur dei filius, ut homo quidem factus æditusq; fuerit: uerum alijs in hominibus quod animæ tribuitur, id in Christo animæ uice Verbum præstiterit &c. Certe fontem opinionis suæ inde habuere, qui postea *μονοθέλισμ*, uoluntatis uidelicet unitatem in Christo, ceu unam in naturam contracto asseruerunt. Arrium Alexandria dedit, ex Ambrosij, Hieronij

larii & Augustini monumentis notio- rem, quam
 ut indicare oporteat. Hoc uiuente tranquilli fa-
 tis erant partiū animi propter Constantini æqua-
 nimitatem, sic se moderate gerentis, ut & audiræ
 partes fuerint, & in Synodo longe omnium cele-
 berima de Arrii dogmate, ipso etiam præfente
 principe, cognitum fuerit. Mortuo Constantino,
 adeo exarsit obstinatio, doctissimis uiris dogma
 illius defendentibus, ut & principum Monarcha-
 rum animi magnis studijs in factionem trahe-
 rentur, & in sanctos interim uiros, qui illorum
 conatibus obstabāt, cædibus, exilijs & carcere sæ-
 uiretur. Ecclesiæ præterea hæreticis magno fastu
 tumultuantibus, uelut iustis fidei nomine posses-
 soribus traderentur, & pellerentur orthodoxi,
 apud Alexandrinos pulsus est Athanasius, in Pi-
 ctanis Galliarum Hilarius, Cordubæ Osius lau-
 dantissimus præsul uexatus est, & Mediolani Am-
 brosius sæpe etiam de uita periclitatus: tanta ta-
 men constantia, patientia & fide, ut uel Impe-
 ratori iubenti quo Basilicæ Arrianis traderentur,
 palam sese opponeret & traditurū negaret. Lon-
 ge argutissimi erant Arrianæ factionis patroni, fa-
 cundi homines & omne genus artibus ac di-
 sciplinis instructi, Aristotelicam enim philoso-
 phiam sacre lectioni cōiunxerant, torquendisq;
 & commodum adhibendis testimonijs scriptu-
 rarum supra modum callidi & uersuti: qui fucato
 & plausibili facto errore suo usq; adeo profi-
 ciebant, ut & barbaris nationibus, quas partim

largiendo, partim pollicendo illexerant, Vuanda
 lis dico & Gothis, persuaserint. Verum nec po-
 tentia Monarcharum, nec minis & pœnis Princi-
 pum, nec omnino artibus ullis per aliquot sæcu-
 la exercitis sic est profectum, quin tandem hære-
 sis illa impia & scæda prorsus elanguerit, & or-
 thodoxa ecclesia uictoriam reportarit, nullo ma-
 gis præsidio munita quàm scripturarum & fi-
 dei. Ferre enim scriptura (quæ uerbum dei est)
 non potuit quod illi persuadere orbi fuerant co-
 nati, Reliqui qui post Arrianos extiter, Græci in-
 dem homines, & æque quidem in Oriente, uete-
 res de Christo errores refricarunt magis quàm ex-
 cogitarunt. Ut iuniore sub Valentiniano, Nesto-
 rius è Germanicia Syriæ Bizantium profectus,
 qui tanquam ludum Gnosticorum aperiret, sic di-
 uisit naturas in Christo, ut personam non agno-
 sceret, nec toti permitteret partis gratia, quod nõ
 nisi partis erat propriū: unde & naturas in Chri-
 sto uelut personas, unione reiecta, æstimasse cre-
 ditus est. Negabat autem Christum deum pas-
 sum esse, hominẽ Christum passum & mortuum
 aiebat, Sed & hominem tantum, nõ etiam deum
 natum ex uirgine dictitabat. Ante Nestorium &
 Photinus Samosateni Pauli delirium refricarat,
 sed mature damnatus est. Horum enim sæculo-
 rum Episcopi errores natos & spargi in uulgus
 ceptos incredibili uigilãtia, uel prouincialibus,
 uel œcumenicis Synodis discussos sine mora
 damnarunt, ne uel autoritas eorũ qui labi cœ-
 pissent,

piſſent, uel dogmatum magnis fucis adornato-
rum uerifimilitudo, graſſari, & ſimplicium ani-
mis imponere poſſet.

Conſtat enim errores maximos ab his ferè
ingenijs excitatos fuiſſe, quæ multarum rerum
peritia & cognitione excelluerunt, ut minime in-
ſcite à Tertulliano dictum ſit, Philoſophos patri-
archas fuiſſe hereticorū, quando nulli uel ambi-
tioſius, uel periculoſius errarint, quàm qui immo-
dicum philoſophiæ ſtudium ſacrarum ſcriptura-
rum tractationi coniunxiſſent. Eſt autem ambi-
tioſum & ſupinū philoſophiæ munus, illud præ-
fertim quod in iudicando colligendoq; & diſce-
prando uerſatur, nec facile ſariatur niſi inſigni ali-
qua nouitate reperta & inueſta. Vnde & ſectis
multifarijs uetus illa philoſophia diſtracta eſt, &
noua, quam proximis ſæculis mendicantium no-
bis monaſteria pepererūt, adeò moroſe & ambi-
bioſe eſt tractata, ut ſingula prope Sodalitia ſin-
gulos habuerint Coryphaeos, qui ceu data opera
à proſtritis iam & uulgo receptis traditionibus in-
credibili nouitatis ſtudio reſceſſerunt. Quorum li-
centiæ, libidiniq; & ambitioni, ſi mediæ ætatis E-
piſcopi eam curam & uigilantiam adhibuiſſent,
quam ueteres illi recens naris dogmatibus adhi-
buerunt, proſecto melius haberet hodie Eccleſia,
& minus nocuiſſent hominum doctrinæ: ut Ce-
remonias ſileamus, quarum ueneno religio ec-
cleſiaſtica, ut à Chriſto relicta, ab Apoſtolis tradi-
ta, & à Patribus ſanctis obſeruata fuit,

D. IOACHIMI VADIANI

quinq; sæculis supra modum uiziata & contami-
nata est. Verum in fatis, credo, fuit ut regnum il-
lud apostasiæ id genus doctoribus & prophetis,
qui postremis illis temporibus erant uenturi, con-
stitueretur. Nam & abominationē futuram esse,
prædictum est.

Ad ueteres autem ut redeamus, notum est
omnibus Eutyrianum delirium, quod & Nes-
torij tempore excitatum est. Quod quidem uel
de Valentini, uel de Martionis schola manauit,
uel certe Origenem authorē habuit, carnem no-
stram sic spiritalem facientem per gloriam, ut
aliam prorsus in naturam absorptum iri stauere-
rit. Vnde & horum opinioni occasio data est, qui
in Christo glorioso non nisi unam uoluntatem
statuerunt, Monotheliæ dicti, quorum postremi
Sergius, & Pyrrhus, episcopi Constantinopoli-
tani, in ea Synodo quæ Sexta cognominatur,
damnati sunt. Sed & Apollinarem eius doctrinæ
causam fuisse uerisimile est, unius enim naturæ
rationalis, non nisi una uoluntas est. Vnam au-
tem ille naturam statuit in Christo, nempe Ver-
bum quod & animæ uice in carne fuerit, ut ante
diximus. De Theodoro Cilice Nestorij errata re-
fricante, deq; Sergio & Pyrrho, in Epistola ad lau-
datissimum uirum Henrychum Bullingerum
paulò fusius disseruimus.

Atq; hæc quidem, quanquam abunde ab
alijs prodita uidebantur, referre tamen in presen-
tia uisum est, ut obiter admonerem quibus erro-
rum,

Monotheli-
litæ.

Theodorus
Cilix.

rum, ut sic dicam, monstris & portentis, ecclesias
 Orientis sexcentorum & amplius annorum de
 cursu, aduersum solidam & sanam Christi Iesu
 cognitionem, pater ille mendaciorum fatigavit
 & afflixerit, ne unus ipse & indiuisus uerus ho-
 mo & uerus deus crederetur. Qui sanè tot & tan-
 tis diffidiorum calamitaribus non contentus, ne
 quid integrum pro suo more & incontamina-
 tum nobis relinqueret, mox paulò & Roma-
 nam, ut Apostolicam & occidentarum omnium Ma-
 tricem, sic uafre adortus est, ut eam cum Orientis
 ecclesijs primum ueluti schismaticis committeret,
 mox ardente atq; adeo gliscente discordia, quum
 externis & sauis quidem ab hostibus Oriens
 prope uniuersus peteretur, Romam ipsam
 exultantem iam & nouis elogijs triumphantem
 ad altiora meditanda inflammaret. Unde mox &
 illæ faces Episcoporum animis iniectæ sunt, ut
 eius urbis imperio per Italiam deficiente, non
 iam de ministerio ad iuuandarum ecclesiarum,
 sed de dominio per Italiam constituendo cogita-
 ri cœptum, ac deinde magis ac magis præsulum
 mentibus auaritia & ambitione perculsis eò de-
 uentum fuerit, ut & Ecclesiarum & Imperatorum
 Orientis contempta reiectaq; dignitate & autho-
 ritate, Romano episcopo potestas summa rerum
 omnium cum humanarum tum diuinarum ceu
 uero atq; unico in terris Christi uicario, uendi-
 cata, & magno omnium consensu attributa fue-
 rit. Quo primo serè omnium errore ita cœpit pe-

Ambitio
 Romæ obste-
 teratio Chrē-
 sti in eccles-
 ijs occiden-
 tis.

D. IOACHIMI VADIANI

detentim per Occidentis Ecclesias Christus obli-
 terari, ut & fidei scientiam & libertatem, & fru-
 ctum omnem Christi, quem fide consequimur,
 cum mascula illa ueterum ecclesiarum continen-
 tia & disciplina amiserimus. Subinde alijs arque
 alijs enaris erroribus, qui tanto cum pietatis leno-
 cinio ecclesijs Europæis commendati fuere, ut
 de errore ullo ne cogitatum quidem aliquot sæ-
 culis fuerit, usq; adeo miseris & ad casum, arbi-
 tror, destinatis, tum dignitas sedis illius Aposto-
 licæ, quam multis sæculis doctrinæ Christianæ
 puritas celeberrimam fecerat, tum etiam pote-
 stas Pontificum, quos Christi loco orbis Euro-
 pæus occiduus uerebatur & colebat, longela-
 teq; imposuerat. Proinde magno malo nostro
 sero admodum cogniti & detecti sunt. Tam ua-
 fre enim & pulchre Angelum lucis simulauit
 impostor ille callidissimus, omniaq; uelut in-
 tegra, imò uero & cœlestia & angelica incautis
 obrusit, ut nisi Auaritia certissimus impietatis
 comes, ceu Harpya quædam, impie cœpta mi-
 rabili quodam abusu scœdasset & coinquinasset,
 forte ne hodie quidem prehensi aut cogniti fuis-
 sent. Erumpunt enim & sensim sese produnt con-
 filia institutaq; , quæ sub specie religionis ad
 quæstum & gloriolam fulciendam excogitata
 sunt.

Errores Ro-
 manæ eccle-
 siæ.
 Col. 2.

At qui nam, inquis, errores illi? Non sunt &
 dudum ostensi, sed repetam. Primum omnium,
 Apostoli docuerunt, Christum Iesum summum il-
 lum

lum & postremum omniū sacerdotē morte sua, & sacrificio in cruce consummato, peccatū omne ita sustulisse, & omnia delicta cōdonasse suis, ut nulla amplius esse illorum condemnatio posset, qui, quod una ille morte & uictima absoluisset, indubitata fide crederent & reciperent. In hoc ipsum commortui mundo cum Christo, per baptismum, ut in eodem uiuente & triumphante, & ipsi uiuerent & triumpharent. Ecclesia Romana (Romanam uoco quæ Romanæ gerit nomen) non contenta, uel authoris maiestate, uel operis uirtute & sufficientia, quæ per authorem illum uiræ & salutis præstata est, & quam sola fide assequimur & impetramus, nouum, & mortale iterum & obnoxium quidem peccato, ceu meritorium pro peccato Sacerdotium instituit, quo filius rursus patri offerretur, et opere illo oblationis applicato, peccatum deleretur, non uiuentium modo, quos pœnitere potest, sed etiam mortuorum, quorum nulla est in posterum pœnitentia. Quo instituto longe deterrimo, primum rejicitur & negatur sufficientia sacrificij à Christo in cruce moriente sic instituti & in seipsum translati, ut & perpetuæ sit in eo ipso uirtutis & plenitudinis, & ut ait Apostolus, æternam nobis redemptionem repererit. Adhæc & scriptura rejicitur omnium clarissima, testificans Christum Iesum semel oblatum, offerri amplius nō posse. Et post hunc sancta sanctorum cœlestia ingressum, non posse amplius ullam corporalem, aut

Sacerdotis
et sacrificij
Papisticum

propitiatoriam hostiam esse reliquam, quæ offeratur, neque ullum meritoriam pro peccato oblationis sacerdotem esse, alium ab illo qui cælos ingressus mediatorem agit dei & hominum, ipse uerus deus, & uerus homo Iesus Christus. In summa autem, Sacerdotio illo nouo & satisfactorio, PRODES in Christum unicum & inennarrabilis sufficientiæ propitiatorem, hoc est, totus ipse Christus eliditur, & opus ei hominis peccatoris pro peccato (pro nefas) diluendo substituitur. Verusque ille & expertus fidei Pharisæismus tanto cum fœnore impietatis per ecclesias Christi reuocatur, ut si legales satisfactiones supputemus, longe numero cum illa deuterofa & commentitia satisfactione collatæ, uincantur. Hic error longe omnium maximus, eò deduxit religionis negotium, ut uera illa & uiua, & ut uerissime dicam, unica iustitia Christi tot sæculis oppressa & conculcata, ad opus illud repetitæ oblationis tam eximic, & tanta cum meriti pollicitatione prædicatum, ac deinde alia opera quæcumque, ab homine etiam electa & excogitata, ad uitæ iustitiam uotis omnium petita sint. Creditumque & traditum, imò & mandatum literis, sine operibus illis & ceremonijs, nec uitam cuiusquam, nec salutem constare posse.

Monachismus.

Auxit errorem Monachismus posterior, qui Gregorio plus satis hallucinante, primus omnium impiam hanc, & factitiam oblationem amplexus est. Adeo commendatis uulgo operibus, ut nulla alia re abfuisse à Monachismo Pharisæismum

faismum hodieq; uideri possit, quàm quod Pha-
 risaismum professi, Christum uerum Messiam co-
 ram agentem & admonentem, non recipiebant,
 Monachi nostri absentem & in cœlestibus propi-
 tiantem nō agnoscant. In eundem lapidem offen-
 diculi impingentes, in quē & Israel impegit: quia
 & hi nostri, non ex fide in Christum; sed ex ope-
 ribus lege deterioribus iustitiam æstimāt. Si enim
 lucem illam, seu quis mauult, stultitiam mortis &
 crucis & meriti Iesu Christi, per fidem Christi co-
 gnoscerēt, qui plorabili mentium desponsione,
 somnijs sese & fabulis merendæ iustitiæ per uo-
 torum speciem plus quàm anilem addixerunt, pu-
 tas ne monachismum illum probaturos, ac non
 primo quoq; tempore, captiuitati illi tot modis
 miserē & inani remissuros nuntium? Quid uero
 aliud agit Monachismus hodiernus, qd tractat,
 defendit, profiteretur, nisi iustitiam illam ex operi-
 bus magna parte nec iussis nec mandatis, sed re-
 mere excogitatis quæsitam & speratam? ut sit ho-
 dieq; pudendum, sic reiici dei nostri mandatum,
 ut præ illo doctrina hominis habeat locum, iuxta
 elementa mundi, & non iuxta Christū, ut ait Apo-
 stolus. Verum hæc ipsorum cæcitas, hæc demen-
 tia & supinitas est, ut non pro sua modo salute la-
 borent, operentur, & offerant, sed ueluti iusti iam
 & (quod maxime putant) perfecti, pro alijs etiā,
 qui uel beneficio aliquo affecerunt, uel pecunia
 numerata cōduxerunt, proq; illis in primis à qui-
 bus instituti, fundatiq; & opibus adiui sunt, in si-

gnes commemorationes, & questuosas quidem, agere & peragere non desinant. Atq; hæc quidem omnia extra legitimam ministerij uocationem, extra functionem ecclesiasticæ dispensationis, extra curam plebis, catastis illis seruilium operarum detenti conficiunt. Huic uni interim curæ dediti, ut opibus uel quærendis uel retinendis inuigilent. Ut & si totam ipsorum, uel uitæ uel disciplinæ rationem, quæ publicæ quondam disciplinæ & continentiæ gratia retinendæ & exercendæ, admissa & probata est, intuearis, non sis facile quicquam præter habitum & nomen & frigidas quasdam ceremonias inuenturus, quod tribuas Monachismo.

Violatio
Eucharistiæ

Errorem illum operum & iustitiæ tantopere prædicatæ, Eucharistiæ uiolatio infecuta est. Sacrissimè illam Christus instituerat, nec ministris ecclesiæ solis, sed ipsis etiam cæcibus & ecclesijs, Apostolo teste, commisit & reliquit, ut quæ & fidem exercerent in morte & iustitiâ Christi, & gratos sese exhiberent illius beneficentiæ, qui pro omnibus moriendo, uitam & innocentiam omnibus impetrauit. Hanc igitur illa repetitæ Sacerdotij & nouatæ satisfactionis opinio, primum cathedris & parochijs immisit, antea non nisi per Monasteria & Sodalitias exercitam: deinde quo augustius fieret Sacerdotij mysterium, Cœnam Christi sic uiolauit diuidendo, ut ambas quidem partes sacrifico, Ecclesiæ autem, hoc est multitudini sacrificanti, non nisi unam tribueret.

bueret. Eius facti causſæ multæ excogitatæ sunt, partim ne diuino illo munere & memoriali suo sacrosancto ſpoliata eccleſia indignaretur, partim etiam, ne uel ad quæſtum, uel gloriam reſpexiſſe uideri poſſent, qui ritum à Chriſto mandatum contra ius fæſque mutarunt, ſed iuſtis de cauſſis (ut eſt arguta admodum & ſolers Hypocriſis) adeo que neceſſarijs etiam, quod fe- ciſſent, factum eſſe uideri poſſet. Quasi uero totis mille et amplius annis, quibus uſus legitimus Eucharistiæ per Orientis & Occidentis eccleſias in publico ſeruatus eſt, quicquam impie à plebe & miniſtris admiſſum fuerit, & hi dederint quod non debebant, illa contra temere acceperit, quod parum pie miniſtri Chriſto iubente tradidiſſent. Sed nihil hic diſputo, errorem tantũ indico, qui & meritum ſacrificij iterati, totum ſacerdoti offerenti aſcripſit, atq; ea à parte ſeipſum etiam prodidit, dum quod omnium erat, ſoli ſibi uendica- uit. Fructus enim omnis (ſicut à ueniſtis eccleſijs omnibus ſcriptura iubente traditum & creditum eſt) myſterij illius à Chriſto inſtituti, tam erat eccleſiæ offerentis, quàm miniſtri carnem & ſanguinem, ut à domino iuſſus eſt, diſtribuentis. Nec ſo- lus hic cœnabat, quod impium fuiſſet, ſed eccle- ſiæ unâ ſacrificanti præeundo panem frangebatur & diuidebat calicem. Non poteſt enim, utcuq; reclamer uulgata opinio, non poteſt inquam pia aut legitima eſſe oblatio, ſeu, quod idem eſt, obla- tionis ſemel peractæ memoria, in uſu Eucharistiæ

D. IOACHIMI VADIANI

stia, ut à domino instituta est, ubi uel minister uel
 caria functione & sumptione (illorum instar qui
 pro mortuis baptizabantur) iactata solus edie &
 bibit, uel solus cœtus sine ministro sacrificat. Sed
 est necesse ut publicis in conuentibus mysterium
 illud sacrosanctū à sancto etiam sacerdotio uni-
 uerso nec merente quidem illo, sed meritū Chri-
 sti commemorante, peragatur. Nihil autem anti-
 net referre quanto morum & disciplinæ casu ab
 ecclesijs interim cessatum fuerit, non nisi raro, nec
 totam, nec legitime institutam eucharistiam pera-
 gentibus. Quū interim sacerdotes illi noui quo-
 tidie, & numero deinde prope infinito sacrifican-
 tium, publico illo fidei & disciplinæ thesauro ab-
 uterentur. Cessauit enim populus & spectaban-
 dus salutis suæ proram (quod dicitur) & ancorā
 in illorum opere collocauit, quos salario & mer-
 cedula conduxerat: nec meritū potius ullum ob-
 lationis agnouit, quā quod à sacerdote cœnam
 pro se atque alijs sumente perficeretur. Vnde factum
 est, ut & nundinationem et negotiationem
 à prophetis, à Christo ipso et Apostolis suis præ-
 dictam, scdissima Simonia sine ullo labore inue-
 xerit: fundatis passim & institutis Ethnicorū mo-
 re sacerdotijs, oratorijsq; & altaribus erectis, que
 priuatas cœnas reciperent, et numeratam interim
 ad pecuniam spectantibus sacrificis, & ea quidē
 securitate, ut non accipere modo, sed flagitare etiā
 & exigere illam fuerint ausi. Hæc uero omnia
 quantis nō modo principum, qui nihil illi iusti-
 tiz

Nundinatio
 & negotia-
 tio impiissi-
 ma.

tæ denegarunt, sed popularium etiam & priva-
 torum quotidie numerantium expensis constite-
 rint, orbis ipse occiduus docet, circunquaq; mo-
 nasterijs, collegijs, cœnobijs, oratorijs, sacerdotijs
 adeo plenus, ut multi mirentur superesse plebi
 Christianæ quod illis numeret, quum horum re-
 ligio nihil non possideat. Miseri enim illò sumus
 humanis doctrinis abducti, ut auro & argento
 emi posse putauerimus, quæ nec auro nec argen-
 to hac à parte cõsequimur, & ignorauimus D O-
 NVM esse patris misericordis emptum nobis &
 impetratum per filium suum Iesum Christum,
 quod iustis nobis per illum, peccatum non impu-
 tatur, quodq; in filiorum & hæredum cœlestium
 bonorum partem admisi, & citra omne meri-
 tum nostrum in filios dei adoptati sumus. O nos
 ingratos & impios, qui donum nõ agnouimus,
 sed mercem auri & argenti æstimatione quæsiui-
 mus. Fidem non habuimus, cui soli nec aurum
 nec argentũ, sed unam & solam gratiarum actio-
 nem cum laude & hymno numeranti, uita, Chri-
 sti morte impetrata tribuitur. Pater enim cœlestis
 apud Esaiam: Venite, inquit, emite absq; argento, Esa. 55.
 & absq; ulla commutatione uinum & lac. Hoc
 uinum & illud lac cœlestis iustitiæ, filius patris
 Christus, apostolos suos gratis dare & expendere
 iussit, quoniam et ipsi gratis accepissent. At illi nõ
 stri nobis imponentes, Venite, dixere, afferte au-
 rum & argentum, quo nobis uti frui liceat, & ec-
 ce omnia munda erunt uobis. Venimus igitur,

D. IOACHIMI VADIANI

uenimus inquam, imperatores, reges, principes,
nobiles, optimates, populares, plebei, tantisq; di-
uitijs ecclesias per speciem illam sacrificij super-
uacanei grauauimus, ut qui antea rebus minime
male administratis patres & pastores, & ministri
fidelium fuissent, ita hodie dominantur, ut non
ecclesijs, sed regnis potius & satrapijs præesse ui-
deantur, dissimilimi facti illorum, quorum se suc-
cessores esse profitentur.

Erroris cau-
sa.

2. Thef. 2.

Erroris culpam pleriq; qui prudentia ualent,
partim regum ignorantia & simplicitati, partim
etiam plebis uecordia & stoliditati tribuunt. Mi-
hi uidetur ea fuisse domini uoluntas, ut, quonia
tot modis admoniti, in dilectione ueritatis non
perstitimus, talē illusionē nobis immitteret deus,
ut mendacio crederemus. Nuper etiā adeo fron-
tē auaritia exernerat, ut Christi meritū ceu in ho-
minis donantis manu & facultate positū, palam
uenundari, bullisq; & signis redemptis, de autho-
ritate peccatum, uelut de tribunali, & retinente &
remittente, quæ in uita & morte uiles forent, pol-
liceri non puduerit. Adeo Christū cum omni fru-
ctu redemptionis uenalē habuimus: hoc est, adeo
operum & largitionum interuentu totum de me-
dio sustulimus, ut humanæ præsumptioni omnia
derulerimus, adeo interim Simoniaeque et sordidae,
ut absq; auro & argento nec iusserit, nec consens-
serit, nec largita sit quicquā, aut ratum habuerit.

Erroris des-
sensio &
præiudicia.

Error autem ille tamen adeo est magnus &
horribilis, ut ne referri quidem sine errore &
horrore

horrore possit, ab illis præsertim qui ueterum ecclesiarum pietatem & sanctimoniam norunt, tamen quia præiudicijs Pontificum male feriatum, & apostolicæ in primis ecclesiæ nomine & autoritate, consuetudine præterea multorū sæculorum decursu confirmatus obtinuit, non solū non agnoscitur horum cura, diligentia et pietate, quorū maxime debebat, sed etiam desponsa prope omnium conscientia, ut pius & orthodoxus defenditur & propugnatur. Ac hodie quidē perinde fit, ut Arrianorum tempore fiebat, erroris patroni catholicæ sibi ecclesiæ nomen & possessionem, & legitimam administrationem tanquam orthodoxi uendicant, monarchis & ipsis, si fieri queat, suam in factionem pertractis: contra autem optimos quosq; & probatissimos uiros, qui aliud in illa errorum & disciplinæ corruptæ sentina nō postulant, quàm ut doctissimis quibusq; & integerrimis uiris conuocatis de præsentī ecclesiæ & dogmatū statu & ratione cognoscatur, quamlibet sinistris artibus circumuentos, primū inuidia grauant, uelut non diuinis, sed ab homine excogitatis traditionibus & dogmatibus confutum esse cupiant, deinde ut hæreticos pellunt & persequuntur, exilijs etiam & cædibus crudelibus: illos autem in numero & censu orthodoxorum habent, qui talem nobis ecclesiā obtrudunt & commendant, ut si apostoli aut apostolici uiri ad uitam & sæculum redeant, ecclesiam profecto in ipsa quæ maxime creditur ecclesia, sint quæsi-

Persequutio.

D. IOACHIMI VADIANI

turi. Vsq̄ adeò sanctum illum locum & eximia
 quondam pietate celebrem, minimeq̄ omnium &
 alienarum hæreseōꝝ contagione corruptum &
 infamatum, illa demum ingens abominatio ira
 inuasit, corruptit & obruit, ut certum habeant do-
 ctissimi uiri, nullam unquam ecclesiam uel Asiæ
 totius, uel Africæ, & eius etiam Græciæ quæ in
 Europa fuit, grauiore errorum mole laborasse,
 quàm hodie laboret ecclesia Romana, neque ul-
 lam magis ab apostolica disciplina, continentia
 & pietate recessisse, quàm Romana illa recesserit
 quam postea pari cū iactura pietatis ecclesiæ Eu-
 ropæ Latinæ, quæ huius institutis legibusq̄ &
 decretis paruerunt, sequutæ sunt. Hoc nuper ma-
 gna ex parte Adrianum Pontificem confessum es-
 se ferunt. Et horum longe apertius cōscientia in-
 dicat, qui nec precibus nec officijs ullis in tam gra-
 ui dissensione dogmatum, & animarum periculi-
 tatione uiginti iam annis durante in hoc adduci
 potuere, ut uel synodos liberas more ueterū, uel
 concilia ulla congregarent, nisi eos ipsos in quo-
 rum impietatem intolerabilem summa accusatio
 nis intenditur, non reos modo faciamus, sed fera-
 mus etiam iudices, & eorum cognitioni obsecu-
 demus, quorum doctrinis cōtaminatissimis sum-
 ma ope resistimus, quodq̄ ipsi probant ferre non
 possumus. Horum enim culpa factum est, ut da-
 rissimæ Germaniarū ecclesiæ multæ publica sy-
 nodorū disceptatione non expectata, quū DEO
 magis quàm hominibus obediendum esse in ani-
 mum

Concilia.

num induxissent, errata illa omnia cum scripturis & ueterum ecclesiarū usu institutisq; pugnantia, parum mutarint et emendarint, partim omnino iustulerint, satius esse ratae male audire ab illis qui ueritatem in iniustitia derinent, docentes doctrinas mandata hominum, quam in illa publicae reformationis desperatione, suos amplius in tenebris illis plus quam Cimmerijs, tanto cū periculo & offensione retinere.

Rom. 1.
Math. 17.

Quod si (ut eò unde digressi sumus reuertamur) & ueterum & nouorum errorum exemplis docemur, tam peruicacem esse spiritus illudens & omnia perturbantis nequitiam, ut hunc usque in diem nullo momento interquieuerit, quin erroribus subinde natis disseminatisq; ecclesie Christianae statum adulterum, ut uere dicamus, & degenerem nobis reliquerit: magna cura dispiciendum esse arbitramur, ne & illi nostri, minime alioqui male de religione meriti uiri, demulsi, tentatiq; rectori illi tenebrarū aurem præbeant, & ad ea instauranda pietatis prætextu & furo animentur, quae ueterum cum damnatis dogmatibus magna parte consentiant, nouisq; sic fenestram aperiant, ne Christum tandem, tot modis prehensi, et cognitum, technis illius & artibus obtenebratū, rursus totum amittamus. Græcæ ecclesie adeo peruersis doctrinis non succubere, quin ea fide qua à Christo erant donatae, meritum simul eius ita plenum agnouerint, ut ei humanum accedere, atque etiam succedere passæ non sint. Nostræ

Curandum
ne denuo ad
mittamus
Christum.

adeo afflictæ sunt, ut fide etiam in Christum destituta fuerint, uerbotenus quidem illa uehementer iactata, sed re ipsa summâ per ignorantiam subuersa & elisa. Quandoquidē creditum est, & tanta quidem cum asseueratione, peccatum uel poenitenti non remitti, nisi idem iustitia postulante debita satisfactione operum dilutum fuerit, uel hac in uita, in qua locus est poenitentię, uel in futura, in qua auaritiæ sitis poenitentię locum reperit. Soli Pontifici Romano hac potestate relicta, ut si cui operum pertæso, alia uia subuenire uelit, uersuram facere, & ære pro opere peccatum condonare possit, uere scilicet contrito & confessio: quasi uero uere contrito confessioq; hoc est, uere credenti, peccatū inuito licet & recalcitrante Pontifice non remittatur. In summa igitur hoc unum curandum nobis, ut qui Christum iterum tanta cum luce affulgentem recepimus, eundem subtilitate persuasibilem & in speciem piorū dogmatum non amittamus.

Qui deifica
tam Christi
carnem dicit
cunt, ueteres
hæreses
restaurant.

Velim autē iisdem illi mihi expendant, quantum uel à Valentini uel ab Apellis delirijs absint, dum purioris notæ carnem, utpote & substantiam et genere à nostra diuersam, Christo assignentes, uel iuxta carnē à patre exiuisse affirmant, sic sermonem attemperando, ut eadem de causa qua de spiritu conceptus est, et dei filium Christum, et secundum illum de cælo hominem, ut qui nihil ex Virgine desumpserit, dicant et affirmant. Quasi uero simile sit Mathæum & Lucam fabulosam nobis

nobis genealogiam præscripsisse, & carnē Christi, nec Davidis, nec Abrahamæ, nec omnino Adami progeniē & semen fuisse: & lapsus sit Apostolus Rom. 1.
Gal. 3. qui Christum sub lege & iuxta carnem ex Davidis semine factum esse restatus est. At carnem (inquiunt) nullā de cælo asserimus, sed assumptam in uirgine affirmamus. Quid interest ergo inter Valentini & Apellis carnē superne desumptam, & uestram illam in uirgine sic assumptam, ut ex uirgine nihil assumptū esse uideri debeat? Si enim caro Christi genere & natura nostra nō est, certe Valentini caro, hoc est, plane cælestis, & non humana caro erit, siue delata de cælo est, siue in uirgine & non ex uirgine assumpta est. Iam ut summa & prima gloria sit Christi iuxta carnē in deū assumptam, tamen hoc ipso quod eandem illi in naturam quandā aut conditionē ita diuinā transponunt, ut æquare etiā gloriæ dei adeoq; Verbo ipsi in gloria uideantur, non modo Origenicum quiddam & Eurychianū reficāt de carne nostra in spiritum absorbenda, sed etiā Samosateni sensum probant, qui licet purū hominē fecerit Christū, & hoc ipso creaturā fateretur, quod ante Mariam nō fuisse diceret, tamen deum factū esse confirmabat, ut supra diximus. Possibile igitur esse Paulus ille sentiebat ex homine fieri deū, hoc est, naturam humanam in diuinam transferri: quod & nostris illis eandem deificationē astruentibus placere uideo. Et Arrianis possibile uisum est, Verbum patris, hoc est, filiū dei per quem omnia fa-

D. IOACHIMI VADIANI

Ita essent, uerum deum factū esse, etiamsi aliquan-
 do non fuisset, &c. Viri quique enim substantiæ factæ
 & creatæ, eam & gloriam & naturam communi-
 cabant, quæ non est nisi æterni et unici dei. Quod
 enim deus est, id & æternum est, & factū non est.
 Quod æternū nō est, deus esse non potest. Qua-
 re & ecclesia Christum uerbum patris uerum esse
 deum non munere ullo aut accessione, sed natu-
 ræ suæ essentia, qua & in patre & cum patre æter-
 nus & immēsus est. Qui idem iuxta corporis na-
 turam, quia factus est, & æternus non est, deus es-
 se non potest, sed uerus & indubitatus manet ho-
 mo, diuina quidē gloria coronatus summamque
 in sublimitatem exaltatus. Quam gloriam si isti
 Deificationis uoce intelligerēt, nō laboraremus.
 At uero dum Creaturæ nomē in Christo uero ho-
 mine amplius non ferunt, talem ad deificationē
 aspirant, qualem nec scripturæ permittūt, nec re-
 cipere unquam ecclesia orthodoxa pouit. Sed &
 Monothelitarum errorem instaurare conantur,
 qui hodie non nisi unam uoluntatem Christo pa-
 trī tribuunt, diuidere illos Christum dicentes
 qui aliam atque aliam ei uoluntatem ascribant.
 Quod plane non sentirent, nisi naturam huma-
 nam per suam illam ἀνθρώπου ita transferrent,
 ut illa quæ fuit Christi iuxta hominem uoluntas,
 de medio sublata per gloriam uideri debeat. Nō
 possibile est transeat à me calix iste: uerumamen-
 non sicut ego uolo, sed sicut tu. Palam & quidem
 ite

inrefragabili claritate uerborum indicans, aliam
 esse uoluntate[m] suam iuxta hominem assumptum,
 & aliam illam suam quæ est dei, iuxta quam &
 ipse dominus oblatu[s] est, E[sa]ia testante, quia uo- Esa. 53.
 luit. Illius igitur opinionis suæ, uelint nolint, uel
 Apollinarem uel Eutycheren authorem agnos-
 cent. Si enim una est in Christo uoluntas, uel u-
 nius naturæ erit, uel conditionis alicuius in Chri-
 sto de duabus & confusis quidem naturis conflu-
 ta: quæ quidem ita reliqua sit, ut altera in alteram
 uelut absorpta & transmutata esse uideatur. Vel
 certe, quod Apollinari placuit, homo non totus
 à uerbo, quod animæ uice fuerit, sed caro homi-
 nis tantum ex Virgine assumpta sit: quod impie
 tamen ab ipso traditum fuisse, scripturæ testan-
 tur, & ipse Christus qui animam suam tristem fa-
 cit usque ad morrem, Matth. 26. & spiritum suum
 patri commendat, Luc. 23. spiritum utique non di-
 uinum, sed humanum, hoc est, animã ipsam, cui
 & anima latronis in paradiso sociata est.

Ad uoluntatem autem quod attinet, nos quo- Quomodo
sit una in do-
mino uolun-
tas,
 que cum ecclesia uoluntatem Christi iuxta ho-
 minem in domino regenerato & glorioso non
 sic diuersam facimus, uelut quadamtenus dis-
 sentientem statuamus, sed unam esse fatemur,
 haud quidem numero (quis enim hoc dicat
 de Verbo & Anima?) sed unam consensu, si-
 cut qui sunt amicissimi, uulgo idem uelle & nol-
 le dicuntur. Et Lucas Actorum quarto capite
 multitudinis credentium in prima illa ecclesia

DE D. IOACIMI VADIANI.

Gal. 3.
Ephel. 4.

cor unum & animam unam fuisse scribit. Quomodo & Apostolus, Omnes credentes unum esse in Christo Iesu docuit. Et alibi, Unum nos corpus & unum spiritum esse dixit, coherentia uicq; & unanimitate, non numero. Plures enim unum sumus. Pari modo in uno domino Iesu Christo una uoluntas dei & hominis, etiam si non una numero, ea quæ diuinæ & ea quæ humanæ naturæ existit, sed consensu & unctiōe spiritus una. Sicut beatorum in ciuitate illa cœlesti, in qua, ut lib. 10. de Ciuit. dei scribit Augustinus, dei uoluntas incorrigibilis atq; incommutabilis lex est, ad quam omnia sese conformant & componunt, una uoluntas dicitur & creditur. Et nos qui militiæ Christi nomina dedimus, Christo ipso iubente, quotidie deum patrem orare non desinimus, uti sua uoluntas in terris fiat, sicut & in cœlo: hoc est, ut nos omnes accessione dilectionis unanimitate per spiritum sanctum in solo & uno deo cohareamus. Vno enim spiritu fit in sanctis, ut et una sit ipsorum uoluntas, quorum tamen uoluntates & numero & substantia sunt diuersæ.

De delicatis, morosis et nimium sibi placensibus quorundam ingenijs.

Nec uero nescius sum quam possint quædam ab acutis ingenijs fucari & defendi, quæ sanè & ab illis qui excogitarunt & ecclesijs obruserunt tantam cum asseueratione defensa fuere, ut non nisi celebribus & hominum quidem doctissimorum congressibus damnata demum & coercita fuerint. Cuperem tamè ita nos hoc maxime tempore circumspecte agere, ut nihil defendendum recipere-

mus

mus quod cum evidente scripturarū & fidei tra-
 ditione colliditur. Super omnia autem cauere, ne
 nobis, qui homines sumus, & labi possumus, im-
 modice tribueremus. Noui ego et expertus etiam
 sum ingenia delicatissime morosa, & morosissi-
 me delicata, quibus campum illum tractandarū
 scripturarū ingressis nihil unquā placebat quā
 quod ipsi uelut exquisitum, sublime, rarum, admi-
 rabile, & intractum antea, in medium attulissent,
 in suis ornandis, tuendisq; adeo præfracta & su-
 pina, singulariaque, ut ne admittere quidem me-
 liora monentem, nedum ferre ullo modo uide-
 rentur. Chunradus ille meus Grebelius Tiguri-
 nus, magnis dotibus præditus, præclaraque fami-
 lia natus homo, quum dogma illud iterandi ba-
 ptismi paucorum suggestionem animatus, sparge-
 re Tiguri & inuulgare cœpisset, tanta cum animi
 pernicacia delecta semel constitutaque tueri cœ-
 pit, ut me quidem, quem summe tamē diligebat,
 sæpe serioque admonentem non modo non au-
 diret, sed paulò post tum amicitia tum affinitatis
 iure uiolato, priuatim & publice prosciderit &
 suggillari. In Denggio illo ornatissimo iuene
 omnia profecto ita erant eximia, ut ætatē etiam
 uinceret, et seipso maior uideretur. Verum ita ab-
 usus est ingenio, ut Origenis opinionem de libe-
 randis olim saluandisque damnatis, magno co-
 natu defenderet, scripturis supra quā credi po-
 test argute adhibitis, & amplissima dei nostri mi-
 sericordia ceu pro concione quadam ita collau-

Chunradus
Grebelius.

Ioannes
Denggias.

D. IOACHIMI VADIANT

Ludovicus
Hetzerus.

D. Baltha-
zar.

data, ut spem facere uel improbissimis & perditissimis hominib. uideretur salutis assequendæ, quæ die aliqua quantumuis longa sibi esset obuentura. Hetzerum commodissimi ingenij hominem (de nostris enim tantum loquor) meministi, quo cum & ipse tot modis claro uiro linguis etiã & admirabili ingenij dexteritate prædito, non semel egi, ne supra quàm deceret sapere pergeret. Et retrahere etiã a Grebelij mei delirio Balthasarem Pacimontanũ, qui Viennæ Pannoniæ uisus exustus est, non semel sum conatus, eloquentissimum sanè & humanissimum uirum, sed sine fructu & magno (dominum testor) dolore meo. Corripuerat illos omnes mirũ quoddam & incredibile nouitatis studium. Quicquid dicebant, quicquid docebant, spumofum erat (iuxta Persium) & cortice pingui. Inerant & ampullæ, ambitiosæ doctrinæ indices, & sesquipedalia uerba. Atque illis quidem tam doctis, tam idoneis, tam probe alioqui (ut de quorundam familiaritate sileam) institutis uiris, si habenas ecclesiæ moderandæ commisisses, deum immortalẽ quantum incendium, quantum casum sanæ & simplicis doctrinæ Christi, quanto orbis malo excitassent? Non Papa, non Sophistæ, non hypocritæ Deuterotæ adeo solidæ pietati nocuerunt tot sæculis, quantum illi paucis annis nociuri fuissent. Nec tam magnum unquam in fabulis relatam est Phaërontæum illud temeritatis & imprudentiæ incendium, quàm magnum illi nobis,

bis, & uerum quidem & flagrantissimum, exci-
tassent. Sunt enim multi (ut uerissime ab Hila-
rio dictum est) qui simulantes fidem, non sub-
ditu sunt fidei, tibiq; fidem ipsi potius constitu-
unt, quam accipiunt, sensu humane inani-
tatis inflati, dum quæ uolunt sapere, & nolunt sapere
quæ uera sunt, cum sapientiæ hæc ueritas sit, in-
terdum sapere quæ nolis.

In scripturis igitur tractandis, maxime au-
tem in illis, quæ de Christi uel origine & gene-
alogia, uel substantia & naturis obseruandis
admonent, eum modum pius Lector adhibe-
bit, ut (quemadmodum idem Hilarius libro de
Trinitate primo docet,) dictorum intelligentiam
expectet ex dictis potius quam imponat, & retu-
lerit magis quam attulerit, neq; cogat id uideri di-
ctis contineri, quod ante lectionem præsumpse-
rit intelligendum, &c. Habent enim quæ diuina
sunt, suum quendam intelligentiæ modum. Quæ hu-
mana sunt, uidem non magno labore capiuntur:
ac ubi quod diuinum est, cum illo quod humanum
est, in unione contrahitur & coalescit, ut quod ho-
mo est uerus, hoc idem & deus uerus existat, id
quod de unico domino nostro Iesu Christo scri-
pturæ cõfirmant, ibi accurata diligentia opus est,
ne quid aliter accipiatur, quam sensus uerus ger-
manusq; scripturæ collatæ permittat, neue nulla
iusta causa orthodoxorum interpretum iudicia re-
ijciamus. Recte enim & pie, ni fallor, alicubi Hi-
larius docuit in scripturis de Christo explicandis,

Quis mo-
dus seruan-
dus in scri-
pturis de
Christi ori-
gin etian-
tibus.

modum esse tenendū & diligenter constituendū quid diuinæ eius naturæ, quidq; humanæ respectu scriptura tribuat Christo. Et Augustinus illū secutus, non semel admonet attente obseruandū, quid, qua de causa de Christo dictū in scripturis aut traditū sit, ne in illa naturarū diuersitate leuiter transmissa errore aliquo inuoluamur. Enim uero dominus nec purus deus est, etiāsi uerus deus est: nec purus homo, etiāsi uerus homo. Sic enim deus est Christus, ut simul & homo uerus: et sic homo, ut simul & deus uerus. Vt igitur, quæ secundū hominē illi tribuuntur ad diuinā naturam referti nō debent: ita, quæ iuxta diuinā eius naturam dicuntur, ad humanā trahi nō possunt, etiāsi utrinq; reducta in Christo toto, unoq; & indiuiso, per omnia cōueniunt. Hac enim prope sola in parte scripturæ negligenter obseruata, magnis erroribus occasio data est, dū in Christo, uel humana natura tantū asserta est, diuina negata: uel contra, diuina confirmata est, humana reiecta: uel Christo iuxta uerbū tributū, quod iuxta hominis naturā traditū aut dictum est: uel contra, ad hominis naturā in Christo detortū, quod iuxta naturā diuinam erat intelligendū. Sed et ab illis impactū est, qui naturas in domino uno, sic dissoluerūt, ut personæ unitatem tollerent: aut ita confuderunt, ut naturarum idiomata subuerterēt. Ex his enim omnibus ceu scaturiginibus quibusdam, errores illi prope uniuersi, quos supra attigimus, emanarunt.

In summa aut ut dicamus, certissima, & uni-
 ce pia & salutaris fuerit Christi domini cognitio,
 haud quidem illa quæ arguijs de ingenio peti-
 tis, sed quæ claris & evidentibus scripturis niti-
 tur. Ex harum enim sensu pio, si non cognosci-
 tur Dominus, profecto uel subtilissime descri-
 ptus, ignoratur: siquidem filium nemo nouit nisi
 pater, & cui uoluerit pater reuelare. Atqui ipsum
 reuelauit nobis in uerbo suo, cui soli tuto fidi-
 mus. Ex uerbo igitur illo suo in æternum manen-
 te discimus Christū sic esse unum et indiuiduum,
 ut inde persona etiam seu hypostasi unus esse pa-
 lam intelligatur. Vnus certe dominus docetur
 Christus Ephes. 4. & clarius 1. Timothi. 2. Vnus
 deus, unus etiam conciliator dei & hominum,
 homo Christus Iesus. VNI igitur huic tribuit
 scriptura quicquid tribuit, nec nisi de uno indi-
 uiso loquitur, quando & ipse de se uno & indi-
 uiso omnia est locutus: ut, Ego sum lux mundi
 &c. Ego ex Deo processi & ueni. Ego sum uita,
 ueritas, uita: Ego reficiam uos. Ego inquam,
 quem coram inuementi, quem fide præhenditis.
 Ego dei filius, Hominis filius: Totus ego & indi-
 uisus &c. Sic enim ante omnia una statuitur in
 Christo persona, ut quoties unus intelligitur,
 etiam totus intelligatur.

Hanc unitatē indiuisam, ecclesia uocabulo Per-
 sonæ, & ὁμοούσιον expressit: mutuata uideli-
 cet uoces, quo fidelius rem scripturis indicatam
 explicaret. Illas enim si scriptura non exhibet, cer-

Salutaris
 Christi cog-
 nitio unū
 agnoscit.

Matt. 11. &
 16.

Ioan. 8.
 Ioan. 14.
 Math. 11.

Vnitatis
 Christi pers-
 onæ uocabu-
 lo expres-
 sa est.

D. IOACHIMI VADIANI

Lib. de fide
contra Ar-
rianos.

te nō reijcit. Minime eīm in scite Arrianos obiurgat
Ambrosius, qui uoculas illas *ὁμοσίον* & *ὁμοούσιον*
σιον ideo reijciendas esse putabant, quod isdem
scriptura non uteretur, quasi rem & ueritatem is
uocibus expressam scriptura non contineret, quę
Christum filium dei, unum esse cum deo patre,
atq; ea de causa unius etiā & conformis substan-
tię essentię ue cum Patre esse tradiderunt. Non
refert enim quibus uerbis rem scripturis traditam
pronunties, modo id proprijs & sensu reddendo
accommodis facias. Nec deseritur hoc modo scri-
ptura, nimirū omni linguę patens, sed ornatur,
& explicatur ueritas.

Scriptura
naturas in
una perso-
na distin-
guit.

Vnum igitur & indiuisum licet Christum
faciat scriptura, tamen naturas unam in perso-
nam contractas sic distinguit, ut & diuersas esse
innuat, & sic diuersas non confundat. Naturas
uocant orthodoxi substantias in Christo proprie-
tatibus incommunicabilibus, quas Gręci *ἰδιό-
ματα* uocant, diuersas: diuinam uidelicet assu-
mentem, & humanam assumptam. Ambrosius
aliquoties personas: ut dum inquit, Christus ex
persona hominis &c. Ex persona dei &c. sed aliud
nō intelligit quā naturas in una persona Chris-
to coniunctas, quod ex libro qui de fide ad Gra-
tianum inscribitur, satis notum est. Quando igitur
deum esse Christum scriptura tradit, totum li-
cet intelligamus, tamen ad naturam diuinam re-
spicimus. Contra, quando hominem, pariter totum
intelligimus, sed humanę tamen in ipso na-
turę

turæ substantiam agnoscimus. Oportet autem in
 cõfusas esse ipsas in Christo, si uere, quod sunt, di
 cuntur. Quod em̄ diuersis è rebus confusum est,
 tale esse cõstat, ut recte partium ex quibus consta
 tum est nomina accipere nequeat. Sicut enim (gra
 tia exempli) El. & trum, nec aurum uere est nec ar
 gentum, sed tertium quiddam ex his confusum.
 Porusq; aqua & melle decoctus, uere neq; aquæ,
 nec mellis nomen, sed mulsæ, habet. Ita diuinum
 quod est in domino si cum eo quod humanũ est
 confusum foret, hoc est, si deus & homo in Chri
 sto una natura forent, duab. è naturis, seu substan
 tijs cõfusa, uere Christus nec deus esset uerus nec
 homo uerus. At uero, uerum deum, & uerum si
 mul hominem Christũ scriptura facit. Consequi
 tur igitur sic esse deum, qui & hominẽ in uirgine
 assumpserit, & sic hominẽ qui assumptus in uir
 gine fuerit, ut non confusæ naturarũ substantiæ,
 sed integræ & inpermixtæ unam in *ἑνὸς ὄντος*
 contractæ intelligantur. Hinc est quod Luc. 1. Fi
 lius altissimi uocatur ab angelo. Et à patre, Filius
 dilectus, Matt. 17. Et ipse Christus Matt. 16. filium
 se dei uiui esse agnoscit. Et deum uerũ esse innuit
 Ioan. 8. Anteq; Abraham nasceretur, ego SVM.
 Contra uero, & filius hominis dicitur Matt. 9. &
 alijs locis multis. Quod dici uere & esse non pos
 set, si non dñs naturis illis incõ. uis & unione in
 uiolatis cõsisteret. Ut enim homo unus est nume
 ro & p̄sona, ex anima et corpore diuersis genere
 & natura substantijs: ita ex uerbo & homine unus
 Christus. Verbuẽ em̄ caro factũ, Ioãne teste, Christũ

D. IOACHIMI VADIANI

constituit, non quia ex uerbo caro facta, aut caro in uerbū mutata sit, sed quia caro à uerbo assumpta, & carni nihil à sua natura mutatae, uerbum unitum fuerit.

Christus
quomodo
in scripturis
sit filius
dei.

Iam & illud obseruandum, sic dici filium dei Christum in scripturis, ut palam interim coniter, nec adoptione, aut dono aut gratia, sed natura ipsa proprium esse, & uere filium esse. Hebraeorum enim 3. ca. Mose cum maiorem facit Apostolus, quia & expressa imago sit substantiae dei. Heb. 1. Matth. 12. Dauidi & Salomoni praefertur. Et Ioannis 5. Vitam habet in semetipso, quia in semetipso deus uerus sit, qui uitam non alicunde habeat, sed eam teneat suam qua omnia uiuificantur. A patre autem missum, ut qui ex Deo processerit Ioan. 7. 8. & 9. cap. legimus. Quorum nullum cum illis habet commune qui homines peccatores cum fuerint, dono & gratia in filios Dei per Christum sunt adoptati. Proinde loci isti scripturae, Deus suscitauit illum à mortuis &c. Dextera dei Christus exaltatus est. Actorum 2. & 13. item epistola ad Roma, 8. 1. Corinth. 15. & 2. Corinth. 5. Deus erat in illo &c. & si qui sunt similes, non ita accipiendi sunt, ceu non per se Deus fuerit Christus, aut uelut in Christo deus uelut in sanctis. Sed ad sensum sanum & constantem redhibendi, quem & ipse Apostolus alijs in locis ita clare prodit, ut labi non possint nisi data opera caecutientes. Et Petrus enim Act. 2. Christum uocat uirum exhibitum à deo, quasi non ipsum

ipsum per se deum, sed uirū uirtutibus & prodigijs magnum: quale quid à Theodoro, cuius supra meminimus, somniatū est, forrasse loco illo Petri moro, q̄ & à doloribus mortis à deo suscitatum innuit. At uero sic exhibitum à deo idem Apostolus testatus est, ut alibi filium dei uiri sit confessus, Matth. 16. & Ioan. 6. cap.

Hæc igitur cum hunc ad modum se habeant clarissimæ scripturæ testimonijs, ut & filium dei uiri Christum & simul distinctis naturis hominis filium esse constet, hæc ratio explicandi, ceu diximus, à Catholicis Doctoribus est custodita, ut quid, cuiusq; naturæ respectu diceretur, in excussi non præterierint: docuerintq; alium esse statum naturæ, qua deus est Christus, ab illo quo uerus homo est, naturis quoq; ita distantibus, ut neq; uerbum aliud sit quàm deus, neq; caro aliud quàm homo. Tertullianus enim uetustissimus scriptor libro aduersus Praxeam, Apostolus, inquit, de utraq; eius substantia docet. Qui factus est, inquit, ex semine Dauid (hic erit homo & filius hominis) Qui definitus est filius dei secundū spiritum (hic erit deus & sermo, dei filius.) Videmus enim duplicem statum, non confusum, sed coniunctum in una persona, deum & hominem Iesum. Hæc Tertullianus, hoc ipsum interpretatus eo sensu, arbitror, quem suæ ætatis ecclesia aduersum hæreticorum insaniam, ut consonum fidei & scripturæ defendit. Nunc Hilarij uerba ex libro de Trinitate nono, citabimus, Ad Arrianos

Testimonia
patrum de
distinctis
naturis in
una perso-
na Christi.

Tertullian.

Hilarius.

enim, quibus cum grauissimū ei negotium fuit, in hæc uerba loquitur: Sentis ne quod a se non differat (Christus) caro spoliata, et carne se spolians? In semetipso enim triumphat ea, qua se carne spoliavit. Vidēsne ita deum & hominem prædicari, ut mors homini, Deo autem carnis excitatio deputetur? Non tamen, ut alius sit qui mortuus est, & alius sit per quem mortuus resurgit. Spoliata enim caro Christus, est mortuus: & rursus, Christum a mortuis excitans, idem est Christus carne se spolians. Naturam dei in uirtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint utraq; suis gesta naturis, unum tamē Christum Iesum eum memento esse qui utraq; est. Quanquam enim memineris frequenter ad deum patrem per Apostolum referri Christum esse a mortuis excitatum: sed non est Apostolus extra euangelicam fidem, dictis suis ipse contrarius. Maxime domino dicente: Propter hoc me pater diligit, quod pono animam meam, & iterum recipiam eam: nemo tollet eam a me, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum accipiendi eam. Hucusq; uerba Hilarij secundum caput ad Collofenses obiter perstringentis retulimus, qui usq; adeo non diuidit Christum distincta naturarum obseruatione, ut non nisi uni Christo tribuat, quod naturis in ipso diuersis peculiare est. Adeo errant, & in nos calumniose inuehuntur, qui diuidere nos Christum clamant, quum naturas in ipso diuersissimas

Cōtra illos
qui aiunt
confessione
naturarū di
uidi Chris
tum.

fiffimas diftincte obferuamus. Habet enim (ut
 eiuſdem authoris uerbis utar) Chriſtus in ſe na-
 turam dei, dum natus ex deo eſt, & perfecti homi-
 nis abſolutionem, dum ei parrus ex uirgine eſt,
 interim cum ueritate corporis ſubſiſtens in natu-
 ra dei, & cum dei natura manens in corporis ue-
 ritate &c. Vni nempe Chriſto hæc utraq; tam con-
 ueniunt quàm homini uni, quod iuxta animæ na-
 turam è cælo eſt, iuxta corporis conditionem è
 terra. Diſtinctæq; licet ſint & inconfuſæ ſub-
 ſtantie, anima, & corpus, proprietate & genere
 longe maxime diuerſæ: tamen nihil minus &
 unus & indiuiduus homo eſt, ex ijs naturis com-
 poſitus, cui aliud quidem iuxta animam, aliud iux-
 ta corpus & carnem competit: interim autem
 animæ proprium ſit, quod carnis non eſt, con-
 traq; carni cognatum quod animæ non compe-
 tit. Combinari enim nulla æqualitate poſſunt, ni-
 ſi quod rei perſonæ, ut ſic dicam, hominis con-
 uenit, ob partes ex quibus conſtat, quod partes
 tamen inter ſe commiſſæ & collatæ nec ferre, nec
 habere commune poſſunt. Proinde & homi-
 nem quadantenus mortalem & immortalem di-
 cimus: mortalem quidem iuxta carnem uita ſolu-
 bilem & intereuntem: immortalem autem cum
 beſtijs collatum, ut cuius anima uel ſoluta à car-
 ne non intereat, ſed ſemper duret & uiuat. Sic &
 cœleſtis & terrenus homo eſt, ſpiritualis & cor-
 poralis. Cum Anima tamen hominis nec mor-
 talis, nec terrena, nec corporalis exiſtat: Con-

D. IOACHIMI VADIANI

tra, Corpus nec cœleste, nec immortale, nec spiritale initar animæ dici queat. Vsq; adeo uel in homine creato & diuinitatis omnis exsorte, substantiæ genere diuersæ, proprietatum suarum inter se dissensione pugnant, & discedunt, ut consensum nullum, cõmunionemq; nisi in toto uno & solido, non ferant.

De Christo igitur, quod idem Hilar. Canon. ne in Matthæum 16. docet, illa confessio tenenda est, ut sicut dei filium, ita & hominis filium esse meminerimus. Alterum enim, inquit, sine altero nihil spei tribuit ad salutem. Vt mirari satis nequeam cur adeo desipere hodie quibusdam libeat, ut negare audeant, unum & indiuisum nos Christum confiteri, si non & talem iuxta carnem in gloria statuamus, dominum, qualis in spiritu & diuinitate existit. Non uident enim hoc magis detrahi diuinæ in Christo naturæ etiã in gloria, quo subtilius humana ipsa diuinæ adæquatur. Detrahitur enim ad humanã diuina, & infirmatur hoc ipso gloria Christi in carnati, et ex mortuis resuscitati, quod naturæ nostræ ueritas in eo ipso eliditur & eleuatur, in quo non nisi propter naturæ nostræ ueritatem gloria omnis quo & donatus est & coronatus Christus, locum habet & fundamentum. Non accessit enim gloria naturæ diuinæ, sed humanæ: neq; ea accessit gloria quæ pares fecerit naturas in Christo, sed quæ hominem in deo inennarrabili exaltatione uestierit. Quod enim sua natura conditioneq; & essentia, finitum,

Cõtra illos qui uolunt talem iuxta carnẽ in gloria credamus dñm, qualis in diuinitate existit.

finium, limitatum, & suo circumscriptum modo
 existit, id cum illo quod sua natura æternum, im-
 mensum & uirtute infinitum est, nulla gloria po-
 test æquari. Quæ fides enim aut quæ scriptura
 hoc expostulat? ut hoc ipsum esse credamus Chri-
 stum in gloria iuxta hominem, quod iuxta uerbi
 naturam in eadem gloria existit? Nam si ut stella
 à stella in gloria differt, ita corpora à corporibus
 diuersa futura in gloria docet Apostolus, Chri- 1. Cor. 15.
 stum autem primitias futurum corporum glorio-
 rum iuxta carnem idem Apostolus testatur, &
 eundem subiectum iri Patri asserit, nimirum se-
 cundum carnem, quo deus omnia fit in omni-
 bus: dubitari profecto nequit, quin caro Christi
 suo in ordine & censu gloriæ constituta, cum ea
 conditione quam iuxta diuinam naturam suam
 habet, & æternum habebit, nec æquari recte, nec
 conferri possit. Est enim Christus iuxta naturam
 uerbi, æternus, immensus, increatus, Dei uiui fi-
 lius, per quem omnia facta & creata sunt. Iuxta
 carnem autem, anima & corpore, sanguine, os-
 sibus, neruis constans, factus in tempore, mor-
 tuus & resuscitatus, gloria & honore coronatus.
 Iuxta uerbum simplex & incommutabilis: iuxta
 carnem compositus, temporarius, diuersus. Quæ
 duo inuicem quidē licet pugnent, tamen in Chri-
 sto uno, quem & creatorem & creaturam, facto-
 rem & facturam esse agnoscimus, nō pugnant.

Exemplum
 ex August.
 dinoscenda
 rum natura
 rum.

Deprompsit autem regulam Diuus Augu-
 stinus, dinoscendarū naturarum, cuius infra men-

tionem faciemus, interim alium locum eiusdem authoris ascripturi, quo idem ceu exemplo quodam demonstrauit. Sic enim li. 2. de Trinit. ca. 11. de Christo loquitur: Secundum formam dei omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, Secundum formam serui ipse factus est ex muliere, factus sub lege. Secundum formam dei ipse & pater unum sunt, Secundum formam serui non uenit facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui eum misit. Secundum formam dei sicut habet Pater uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso, Secundum formam serui tristis est anima eius usque ad mortem, & Pater, inquit, si fieri potest transeat a me calix iste. Secundum formam dei ipse est uerus deus & uita aeterna, Secundum formam serui factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Secundum formam dei omnia quae habet Pater, ipsius sunt, & omnia tua mea sunt, inquit, & mea tua, Secundum formam serui non est doctrina ipsius, sed illius qui eum misit. Hucusque Augustinus, dei forma naturam diuinam, & serui forma humanam substantiam intelligens: quod & Hilarius facit, Christo etiam glorioso serui formam hoc est humanae naturae ueritatem tribuens.

Afferitur
Christus uerus esse homo ex hominis substantia.

Vt enim uerus est deus in gloria Christus, ex substantia dei, ita & uerus etiam homo est ex hominis substantia. Deduxit enim generationem eius Matthaeus ab Abrahamo exorsus, cuius sermini promissus erat Christus. Contra Lucas natiuitatem

nitatem eius aperiens, quo certiore carnis no-
 stræ à Christo assumptæ indicaturam fa-
 ceret, à Iosepho ad Adamum usq; & patrē omnium deum
 progressus est. Etenim ut certus, ita etiā notus est
 omnibus locus Psalmi 131. De fructu uentris tui
 ponam super sedem tuam: quem Irenæus 3. lib.
 27. cap. exponens, Ventrem non Dauidis, sed vir-
 ginis Iudææ de stirpe Dauidis progenitæ à spiri-
 tu significatum fuisse docet. Ex Iudæis enim salus
 aduenit, sicut Christus ipse Ioan. 4. ca. testatus est.
 Notus & ille locus longe omnium euentissi-
 mus, Deut. 18. deo loquente, Prophetam suscita-
 bo eis de medio fratrum suorum similē tui, & po-
 nam uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos om-
 nia quæ præcepero illi. Qui autē uerba eius quæ lo-
 quetur in nomine meo audire noluerit, Ego ultor
 existā &c. Quibus uerbis promissum Israeli Chri-
 stum Iesum, Petrus testatus est apud Lucā Act. 3.
 Sed & dñs ipse se prophetā illū esse palām innuit
 Ioan. 12. Qui reijcit me, nec accipit uerba mea,
 habet qui iudicet ipsum: quia ego ex me nō sum
 locutus, sed qui misit me Pater, mihi mandatū de-
 dit, quid dicā aut quid loquar, & scio quod mani-
 datum eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquar
 sicut dixit mihi Pater, sic loquar &c. Ecce prophe-
 tam illū Christū, in medio fratrum, hoc est, in ipsa
 Dauidis domo genitū, sicut & Dauidi prædictū
 est, 1. Reg. 7. ca. Exiit enim deus noster cornu sa-
 lutis in domo Dauid pueri sui. Lucæ 1.
 Neq; ea causa diuersa esse à nostra Christi ca-

Conceptus
 noua nō effi-
 cit ut caro
 Christi sit
 diuersa à
 nostra.

roputanda est, quæ noua & inaudita conceptione
 formata est. Noue enim, ut quidam ait, nasci de-
 cuit illum, qui nouæ sanctificationis auctor &
 consecrator erat futurus. Non tamen hoc minus
 ex uirgine homo uerus in carne nostra, & forma-
 tus & genitus est. Hominis enim filius uere uo-
 catus est. Nec enim uariat originis ratio diuersa
 substantiæ unitatem, ut non omnium hominum
 una caro sit, sed qualitatem tantum & conditio-
 nem discernit, ut sit uidelicet sancta & immacula-
 ta quæ diuina operatione constituit, sanctissima
 autem quam deus ipse à se conditam assumpsit.
 Contra autem uitiosa & peccato obnoxia, quæ
 uiri & mulieris coagulo gignitur. Porro si origi-
 nis diuersitas substantiã æderet natura diuersam,
 ne nostram quidem carnem cum carne primo-
 rum parentum unam esse consequeretur. Neq; si-
 milis esset Eux caro, Adami carni, quia alia ori-
 go nostra, alia Adami patris, alia Eux matris fuit.
 Quid igitur iuuat illos sic originem Christi subui-
 litate curiosa uehere laudibus & admirari natiui-
 tatem, ut inde substantiam carnis dominicæ & si-
 mul naturam substantiæ propriam à nostra scin-
 dant & separent, & in Christo semen Abrahamæ iu-
 xta carnem non agnoscant, quam Christo tamen
 scripturæ testimonia densissima uendicant? Sed
 uerentur, credo, ne peccatorem faciant Christum
 si carnem illi nostram concedant, & simul creatu-
 ram esse permittant. Quasi uero quæ uacua pec-
 cato & uitio omni, primis parentibus nostris in-
 data

duta est, ab eo ipso qui condidit & induit, non
 potuerit & ipsa extra omnem peccati labem posi-
 ta, assumi: aut quasi sic innatum uideri debeat car-
 ni peccatū, ut tolli spiritu, & sanctificatione præ-
 uerti non possit. Illi credunt possibile esse ex ho-
 mine deum fieri, & non credunt possibile esse no-
 stræ substantiæ carnem à deo citra maculā ullam
 & labem assumi. Cum hoc tamen sacræ literæ
 communicant: illud uero oppugnant. Sane pri-
 mi parentes, homines animales, licet fuerint, ta-
 men uacuos à peccato in paradysum uenisse, scri-
 ptura docet. Sed quid multis opus est? Ipse baptis-
 mus Christi, mors ipsa, & sanguinis effusio spiri-
 tusq; in manus patris traditus, magno argumen-
 to sunt carnem nostram Christum induisse. Et or-
 thodoxi interpretes uno ore confitentur Christi
 seruatoris carnem, origine licet à nostra uarian-
 tem, eiusdem tamen substantiæ & generis esse cu-
 ius nostra est. Ambros. ca. 9. eius libri qui de Sacra-
 mento incarnationis inscribitur, Quid tam, inq;,
 unius naturæ quā caro nostra cum dominici cor-
 poris ueritate? diuersis tamen utraq; causis & or-
 ta principijs est. Caro enim domini spiritu in uir-
 ginem superueniente generata nō expectauit ui-
 rilis scæmineiq; coitus solenne cōmercium: Ca-
 ro uero nostra non nisi uiriliter iuxta scæmineiq;
 sexus genitalia sulcis naturalibus obducatur semi-
 na, intra uiscera nescit materna formari. Et cū ge-
 nerationis causa fuerit diuersa, carnis tamen in
 Christo cū hominibus omnibus una natura est.

D. IOACHIMI VADIANT

Habuit ergo de suo, uirgo quod traderet: non enim alienum dedit mater, sed proprium est uisceribus suis contulit, inusitato quidem modo, sed usitato munere. Habuit igitur carnem uirgo quam naturæ solennis iure transcripsit in sætum. Eadem igitur secundum carnem generantis Mariæ genitiq; natura, nec dissimilis fratrib. quia dicit scriptura: Ut per omnia similis fratribus fieret, similis utiq; dei filius, nostri, non secundum diuinitatis plenitudinem, sed secundum animæ rationalis, & (ut expressius dicam) humanæ, nostriq; corporis ueritatem. Quid autem de ipso loquamur Adam? cum sit formatus est limo terre, generauit utiq; filios sue consortes naturæ, participes generis, successionis hæredes. Diuersa quidem in filiis & parente principia, sed humanæ conditionis una natura. Nec tamen dissimilitudo ortus similitudini substantiæ præiudicauit. Hactenus Ambrosius. Si modo Ambrosii est ille liber, quem certum est eius auctoritate esse, cuius sunt libri quinque de fide ad Gratianum scripti. Certe cuius cuius sit, Catholicum esse & orthodoxum constat quod prodidit.

Regula Augustini de diuinitate in Christo naturis, & expositionibus loquutionibus, &c.

Sed ad naturas reuertor, quibus in uno & in diuino Christo, ad eum modum quem diximus perspectis & obseruatis, non difficile erit, uel scripturæ locutiones de Christo proditas sano in sensu accipere & diiudicare, uel nostras quas ad scripturæ traditionem formamus, ita moderari, ut de domino non nisi pie & recte pronuntiemus. Ante omnia autem regula Augustini tenenda est, quam

quam ipse lib. de Trinitate 1. cap. 13. inter multa
 in hæc demum uerba prodidit: Nisi tamen ipse
 idem esset filius Dei propter dei formam in qua
 est, qui est filius hominis propter formam serui
 quam accepit, non diceret Apostolus Paulus de
 principibus huius sæculi, Si enim cognouissent,
 nunquam dominū gloriæ crucifixissent. Ex for-
 ma enim serui crucifixus est, & tamen dominus
 gloriæ crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio
 quæ deum hominem faceret, & hominem deum.
 SED TAMEN, propter quid, & secundum quod
 dicatur, adiuuante domino prudens & pius Le-
 ctor intelliget. Nam ecce diximus quod secundum
 id quod deus est glorificat suos, secundum hoc
 utique quod dominus gloriæ est. Et tamen dominus
 gloriæ crucifixus est, quia recte dicitur, & deus
 crucifixus non est uirtute diuinitatis (expende
 quam caute loquatur) sed ex infirmitate carnis: si-
 cut dicimus, quia secundū id quod deus est iudi-
 cat, hoc est, ex potestate diuina non humana, & ta-
 men ipse homo iudicaturus est, sicut dñs gloriæ
 crucifixus est. Ita enim aperte ait, Cū uenerit filius
 hominis in gloria sua, & omnes angeli cum eo,
 tunc congregabuntur ante eum omnes gentes
 &c. Hucusque Augustinus locutiones illas expo-
 nens, Dominus gloriæ crucifixus est, Filius homi-
 nis iudicaturus est. Quarum similes eodem mo-
 do discutiemus. Recte enim & pie dicimus: Chri-
 stus homo factus est deus: Christus deus factus
 est homo. Sicut Ambros. lib. 2. de uocat. om. gen.

tium cap. 3. Filius, inquit, dei factus est filius hominis. Et, ut Augustinus loquitur, Susceptio illa carnis à uerbo, deum hominē fecit, & hominē deum &c. Eo enim modo quo à Ioanne est dictum, Verbum caro factum est: ediuerso & peditur, Caro facta est uerbum. Quæ non hoc sensu accipiuntur, cū natura in naturam transferretur, aut cum natura fuerit confusa, quod manifeste errore Eutyches opinatus est: sed quæ natura altera ab altera assumpta, unam in personam quæ Christus est, ut sic dicam, coaluert. Capite enim septimo eiusdem libri, idem Augustinus: Ergo, inquit, quia forma dei accepit formā serui, utrumque deus, & utrūque homo &c. Quod perinde ab illo dictū uideri poterat, atque si naturas in Christo uel alternarit, uel confuderit, seipsum exponens, Virumque, inquit, deus propter accipientem deum; utrumque autem homo, propter acceptum hominem, Neque enim illa (assumptione) alterū eorum in alterum acceptum atque mutatum est: nec diuinitas quippe in creaturam, inquit, mutata est, ut desisteret esse diuinitas: neque creatura in diuinitatem, ut desisteret esse creatura. Hucusque Augustinus. Qui dum dicit, Virumque deus, & utrumque homo, ad Christum respicit utraq; natura constantem: qui nimirum totus & inseparatus uerus deus est, & totus uerus homo est. Vnde & hanc locutionem locum habere intelligimus, Homo factus est deus. Et, Deus factus est homo. Quando enim sic loquimur, non ad naturas seorsim

scorsim acceptas, sed ad totum, hoc est, ad personam ex naturis unitam respicimus. Quare & illud ob oculos ponendum est, omnia illa quæ pro naturarum proprietate toti Christo, hoc est, personæ Christi tribuuntur, multo rectius uocibus (ut more Dialecticorū loquamur) cōcretis quàm abstractis enunciari. Quis enim ferat hanc locutionem, Diuinitas facta est humanitas? uel contra, Humanitas (qua uoce in præsentia naturam humanam intelligo) facta est diuinitas? uel simpliciter & absolute, Diuinitas est humanitas: Humanitas est diuinitas. Virumque enim nō falsè modo, se impie etiā & blasphemè diceretur. Concrete enim uoces ita in personā pronæ sunt, ut nec mentes offendant piorum hominum, quin quæ hoc schemate exprimantur, facile discernāt, neque ullam dubitationem relinquunt audienti, quo minus quod uerum & rectū est, teneat. Insolentior est pronuntiatio per abstracta, in illis etiam quæ quadamtenus fieri & admitti possunt. Ut si dicā, Christus est deus, Christus est homo, obuius sensus est & captu perfacilis. Intelligitur enim natura naturæ coniuncta, & personæ indissolubilis unitas ob oculos ponitur, naturarum appellationes inter se diuersas, sine omni ambiguitate recipiens & communia faciens in persona quæ in naturis ut propria & incommunicabilia discernuntur. At uero si dicam, Christus est humanitas, Christus est diuinitas, non dura modo, sed suspecta etiam resultat loquendi ratio, eò quod totum

Rectius loquimur in concretis quàm abstractis.

illud quod substantia & persona Christus est, uel
 humanitatem absolute, uel diuinitatem, ceu con-
 fusis naturis dicere & affirmare uidemur. Quod
 sanè sic intellectum, cum personæ & naturarum
 integritate modis omnibus pugnaret. Vt enim
 sese non ferunt naturarū uoces seorsim commis-
 sæ, ut si dicam, Humanitas est diuinitas, & econ-
 tra, ob incommunicabilem inter sese idiomatum
 statum: ita non potest non offendere locutio, qua
 naturæ uox abstracta personæ tribuitur, nisi tro-
 po aliquo nodum discutiamus. Quare & Lom-
 bardus, uir multæ lectionis nec contemnendi iu-
 dicij, libro Sent. 3. distinct. 11. de illo disputans,
 Creatura ne sit Christus an minus? & an creatus
 & factus, nec ne? demum in hæc uerba subdit:
 Ex tropicis locutionibus non est recta argumen-
 tandi processio: illa autem locutio tropica est, qua
 Christus dicitur Creatura uel simpliciter, uel cum
 adiunctione. Hæc Lombardus. Diuersum illud
 est & longe à superiore semotum loquendi ge-
 nus quo Apostolus usus est 1. Cor. 1. Christū uo-
 cans Iudæis offendiculum, Græcis stultitiam, no-
 bis autem iustitiam, sanctificationem & redem-
 ptionem, &c. Nos enim de abstractis duntaxat
 naturam exprimentibus locuti sumus. Fit autem
 ob naturarum inter se pugnantiam & separata
 idiomata, ut ne istæ quidem locutiones ferri que-
 ant: Christus iuxta hominem deus est: Christus
 iuxta uerbi naturam homo est. Item & hæc: Chri-
 stus secundum uerbi naturā creatus est, quod Ar-
 riani

Loquutio-
 nes non se-
 tendæ.

tiani asserabant: & Christus iuxta naturam carnis creator est, aut creatura non est. Quibus pares sunt: Christus iuxta uerbum in loco est: Christus iuxta hominis naturam ubiq; est: iuxta uerbum uel secundum deum mortuus est, secundum hominem excitauit à mortuis, &c. Hæ omnes enim naturæ alteri seorsim acceptæ tribuere audent, quod nõ nisi diuersæ in Christo naturæ unicum & proprium est. Diuinæ naturæ proprium & peculiare est, immensam, infinitam & incircumscriptam esse, ut ante est dictum. Contra, humanæ, finitæ substantiæ & essentiæ esse, locabilem esse, sic essentiæ finitione contractam esse, ut nec immensa sit ex seipsa, nec ubique sit. Ad hæc nec humanitas creauit, nec diuinitas passa est, neq; nusquam non est humanitas: uel, ut aliter dicam, Non creauit humanitate Christus, nec diuinitate est passus, neq; humanitate nusquam non est, neq; diuinitate in loco est. Quod in concretis tamen recte & pie dicitur, etiã si personæ uocem diuersæ naturæ adiungimus, hoc modo: Christus uerus deus, crucifixus, passus, mortuus est: Verus homo creauit omnia: Christus homo ubiq; est: Christus caro, corpus, ossa, sanguis, in cœna est, sese ipsum credentibus erogans: Christus uerus homo ubique est, in terris filius dei, in cœlis filius hominis est: Verus etiã homo, de cœlo descendit. Vbi impie diceretur, Vera humanitas de cœlo descendit. Recte quoq; iuxta regulam supra memoratam dici, Deus passus est, Deus mortuus est, Deus cru

cifixus est, &c. Authore diuo Augustino discimus. Nam & Apostolus apud Lucam Acto. 20. Deum ait sanguine suo redemisse ecclesiam. Quod dicere non potuisset, nisi Christus redemptor, ut certo uerus deus est, ita & homo simul uerus fuisset. Deus enim cum spiritus sit, sanguinem non habet, nisi in filio Christo. Intelligit igitur pius & scripturę exercitatioe non omnino rudis Lector, quod quid modo, & cuius rei respectu dicitur. Quod enim uni naturę est proprium & accommodum, tamen si seorsim, ut iam sæpe sæpius inculcauimus, diuersę naturę tribui nequeat, tamen personę, hoc est, toti Christo, ob unionem naturarum indiuiduam, siue ut Erasmus ait, ob proprietatum in Hypostasi duas complectente naturas, cõmunionem, pie, recte, & uere tribuitur. Et recte dicitur Christum creatorem pro nobis mortuum esse, ut Ambrosius in Epistolā ad Ephesios, Quis, inquit, potest intelligere mysterij huius charitatis nomen, ut et deus hominis causa nasceretur, deinde moreretur pro hominibus, pro seruis dominus, pro creatura creator, pro impijs pius? Eodem modo deum natum ex uirgine, crucifixum & mortuum dicimus. Tertullianus enim lib. de Carne Christi, ad Martionem cõuersus, Nonne, inquit, uere crucifixus est deus? nonne uere mortuus, ut uere crucifixus? nonne uere resuscitatus? Et paulo infra, Scelestissime, inquit, hominum, qui interemptores excusas dei. Nihil enim ab eis passus est Christus, si nihil uere passus est, &c. Ac mox paulo

Christus
deus pro nobis
passus
est.

paulò de persona Christi duabus naturis cōstan-
 te locus, Ita, inquit, utriusq; substantiæ census
 hominē & deum exhibuit: hinc natum, inde non
 natum: hinc carneum, inde spiritalem: hinc in-
 firmum, inde præfortem: hinc morientem, inde
 uiuentem. Quæ proprietates conditionum diuinæ
 & humanæ æqua utiq; naturæ ueritate dispen-
 dita est, eadem fide, spiritus & caro: uirtutes spiri-
 tum dei, passionis carnem hominis probauerūt.
 Et reliqua quæ sequuntur. Spiritu aut, quod haud
 indignum est notatu, non spiritum illum sanctū
 quo unctus est Christus, sed diuinæ naturæ sub-
 stantiam, quæ personam Christū cum carne con-
 stituit, intellexit. Hoc enim aliquoties & Hilarius
 & Ambrosius usurpant. Aduersus autē Praxeam
 Tertullianus, Sufficit, inquit, Christum filium dei
 mortuum dici, quia ita scriptum est. Nam & Apo-
 stolus non sine onere pronuncians Christū mor-
 tuum, adiecit, Secundum scripturas, ut duritiam
 pronunciationis scripturarum auctoritate molli-
 ret, & scandalum auditori euerteret. Quanquam
 cum duæ substantiæ censeantur in Christo Iesu,
 diuina & humana, constet autem immortalem es-
 se diuinam, tum mortalem quæ humana sit, appa-
 ret quatenus eum mortuum dicat, id est, qua car-
 nem & hominē, & filiū hominis, non qua spi-
 ritum & sermonem & dei filium. Dicendo deni-
 que, Christus, id est, unctus, mortuus est, id quod
 unctum est, mortuum ostendit, id est carnē. Hæc
 scriptor ille, qui ceterum plurimū sexaginta annis

Christi
 unctus
 mortuus
 est

Laus Ter-
 tullianus.

D. IOACHIMI VADIANI

à morte Christi uixit, qui ea fide scripturas expo-
 sivit, ut ubi ipse bene, ibi nemo sentiat melius: &
 ea uixit uitæ continentia & sobrietate, ut errores
 suos haud alia culpa contraxerit, quam quod li-
 centius agere sibi ecclesiæ aliquæ, Romana præ-
 fertim, iam tum uideretur, quam Christianam &
 domini spiritum profitentem deceret. Nō autem
 sentit aliud quam Christum unum & totum mor-
 tuum esse, uerum id potissimum accidisse ob na-
 turæ assumptæ conditionem, quam ipse, ut alij
 omnes, carnem uocat. Ambrosius enim lib. de Fi-
 de ad Gratianū cap. 2. & 3. in fine de Christo pas-
 so locutus, Caro, ait, est passa, diuinitas autē mor-
 tis libera. Passioni corpus naturæ humanæ lege
 concessit. An uero mori diuinitas possit? cum ani-
 ma non possit? Nolite, inquit, timere eos qui cor-
 pus possunt occidere, animam autem non pos-
 sunt, &c. Si ergo anima occidi nō potest, quomo-
 do diuinitas potest? Hactenus Ambrosius. Quin-
 & septimo capite lib. primi de Fide ad Gratianū,
 Non diuinitas, inquit, crucifixa, sed caro est: hoc
 uicq; fieri oportuit, quod poruit crucifigi, &c. Ele-
 gantes sunt uersiculi apud Aurelium Prudentiū
 in Apotheosi sua, ubi cōtra Patrispassianos agit,
 qui ad hunc modum habent:

Credite, nemo deū uidit, mihi credite, nemo:
 Visibilis, de fonte deus, non ipse dei fons
 Visibilis: cerni potis est qui nascitur, At non
 Innatus cerni potis est: Latet os Patris illud:
 Vnde deus, qui uisibilem se præstitit olim,
 Tale

Caro passa
 est, diuini-
 tas à morte
 libera est.

Caro
 est, diuini-
 tas à morte
 libera est.

Caro
 est, diuini-
 tas à morte
 libera est.

Tale aliquid formans in sese, quale secuta est
 Passio, quæ corpus sibi uedicat, Ardua nã uis
 Est impassibilis, Quoniam natura superni
 Ignis ad horrificas nescit descēdere pœnas:
 Nec capit humanis angoribus excrucuari,
 Pura, serena, micās, liquido prælibera motu,
 Subdita nec cuiquã, dñatrix utpote rerum,
 Cui nō principiū de tēpore, sed super omne
 Tēpus, et ante diē, maiestas cū Patre summo.
 Imò animus Patris et ratio, & uia consiliorū,
 Quæ nō facta manu, nec uoce creata iubēis
 Protulit imperiū patrio eructata profundo. Psal. 44.
Erucauit
cor meum
uerbum boꝝ
num.
 Hanc igitur nō flagra secant, nō spura saluis
 Aspergūt, alapis non uexat palma relisis:
 Nō perfossa crucis clauorū uulnera figunt.
 His affecta caro est hoīs quã formā pregnās
 Enixa est, sub lege uteri, sine lege mariti:
 Ille famē patitur, fel potat, haurit acenum,
 Ille pauet mortis faciē, tremat ille dolore. &c.
 Hucusq; Aurelius, hoc ipsum explicans, quod
 scriptura traditur, Deum scilicet sua natura inuisi-
 bilem, in uerbo suo incarnato quadantenus elu-
 xisse, & uisibilem factum. Filium autem in carne
 aliquando uenturum, corporeis illis uisionibus
 diuinæ prouidentię dispensatione fuisse signifi-
 catum. Demum incarnatū iuxta carnis naturam
 passum fuisse, iuxta diuinitatē nihil passum. Sed
 ipsum tamen Christum unum, deum & hominē
 passum & mortuum significans. Adq; hunc qui-
 dem modum ueteres authores suo fortasse iure

D. IOACIMI VADIANI.

Prudentia
hic opus est
se contra ca-
lumnias.

De alijs lo-
quendi mo-
dis, Virgo
deum ge-
nuit, &c.

locuti sunt. Mihi sanè hoc puriores & minus sus-
spectæ uidentur locutiones, quo magis à natu-
ris seorsim acceptis, ad communicationē & per-
sonæ unitatem inclinant. Multi enim hodie licen-
ter magis quàm pie, solum hominem in Christo
passum esse dicere solent, aut (ut ipsorum uerbis
utar) solam humanitatem, diuinitatem omnino
non passam, ut quæ nulli prorsus passioni obno-
xia sit: qui licet aliud dicere & sentire non uideantur,
quàm quod fides spectat & ipsa exposcit pie-
tas, tamen quia ad calumniam trahi id genus lo-
cutiones, nec parū leues errores parere possunt,
rectius omittuntur quàm usurpantur. Præsertim
quod alijs modis, nec pronis quidem illis ad la-
psum & errorem, sensum pium & orthodoxum
exprimere possumus, sicut paulò ante dictum est.

Huc & alijs loquendi modi pertinent, quos
nullo labore discernemus: ut, Virgo deū genuit,
Creatorem genuit, Deus è uirgine natus est. Qui
omnes illa ueritate nituntur, quod caro Christi in
uirgine assumpta, & naturæ diuinæ inseparabili
nexus unita est. Equidem hoc ipsum quod ad ma-
turitatem partus peruenit, quodq; est genitum &
æditum in mundum, homo fuit, & simul deus
fuit, Christus, licet humana natura & adoleuerit
& corporalis natiuitatis conditionem proprie su-
stinuerit. Cilix enim ille Theodorus cum Sergio
Bizantino alijsq; prauæ opinionis Simmytis, re-
cte quidem uidebat diuinam naturam nec nasci
in tempore, neq; incipere posse: at non uidebant
interim

interim quid unioni naturarum indissolubili deberetur. Neque enim incepit in utero uirginis deus, neque ceu non fuisset, natus est, qui ab aeterno genitus est: sed corpori recens formato, sic unitus est, ut sine deo nasci homo non potuerit. Vnde uere θεότοκος dicta uirgo Maria, quia quod natum ex ea fuisset, filius erat altissimi, Luc. 1. Iam & unctum esse Christum de toto Christo dicimus, sicut ecclesia apud Lucam Actorum 4. cap. Conuenerunt aduersus sanctum filium tuum Iesum, quem unxeras, &c. Cum nemo tamen ignoret, non iuxta naturam qua erat deus, sed iuxta hominem, adeoque iuxta animam tantum unctum fuisse. More enim quo Iudaei sacerdotes suos & reges unxere, Christum unctum esse non legimus.

Non attinet referre cur doctrinam de caelo aliam dominus iam suam, iam non suam fecerit: cur iam minorem se patre, iam maiorem, interim unum etiam esse cum patre dixerit. Regula enim Augustini, et certa illa cognitione quae secundum scripturas adhibetur, omnia ista sine ambiguitate accipiuntur. Sed & haec locutio, Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Cui ista consimilis est, Filius hominis habet potestatem in terris remittendi peccata. Clarae fiunt ex obseruatione naturarum, quarum idiomata in personae subsistentia communicant. Vere igitur dicitur, Christus filius hominis remittit peccatum, licet facultas remittendi ei iuxta naturam proprie qua deus est, conueniat, & so-

Antilogiae
in Euange-
lio Ioannis.

Ioan. 3.
Mar. 2.
Luc. 5.

Esa. 44.

D. IOACHIMI VADIANI

lus deus peccatum remittat. Sed & Dominus no-
 ster, cuius respectu Christus, & item Iesus, cur à
 Ioanne λογος, à nostris Verbū, seu, ut uetustissi-
 mi Latinorū locuti sunt, Sermo appellatus sit, in-
 telligitur: & hæc enim pie accipienda, & suas ad
 naturas apte referenda sunt, ne paulò ruidius im-
 pingere obringat. Omnis enim historia Chri-
 sti, quam literis Euangelistæ mandarunt, hæc ra-
 tione facile tenetur, dū quicquid uel iuxta dei uel
 iuxta hominis naturam dixit, docuit, fecit, tulit, sa-
 ctus, passus est, obseruatur. Et facile distinguetur
 antilogiæ, quæ pugnare in speciem uidebuntur.
 Ut dum se ire ad patrem & mundū derelinquere,
 innuit dominus. Contra autem asserit, in mundo
 se mansurum usq; ad consummationem sæculi.
 Item: Qui credit in me, nō in me credit, &c. Et ali-
 bi: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse
 faciet. Priore loco negat in se credi oportere ceu
 hominem: Secundo loco fidem in se, ut deum ue-
 rum probat. Sicut Ioan. 9. à cæco fidem in se ut fi-
 lium dei exposcit. Et Ioan. 14. Creditis, inquit, in
 deum? & in me credite, &c. Rursum Ioan. 5. Tes-
 timoniū de se non recipit, quia lex in ore duorū
 aut trium locet ueritatis æstimationē. Et nemo iu-
 re de seipso testimoniū ferat. Cōtra Ioā s. Si ego,
 inquit, testimoniū perhibeā de me, uerum est te-
 stimoniū meū, quia scio unde ueni. Quæ omnia
 sic dicta sunt, ut sermo iam ad hominē (qualem
 esse Iudæi putabant) iam ad se uerum deū, quem
 deū esse pharisæi ignorabant, palam referatur, na-
 turarum

turæ distinctiōe plenissime indicata. Abūdat autē Iōānis Euangeliū antilogijs, quæ si simplici sensu acciperent, manifestā pugnantiā inducerēt. Ita igitur eruendus erit sensus, qui nō subtilis, sed cōfessus et simplex: sic tamē simplex, ut recta locutionū obseruariōe sanus etiā et pius existat. Plena est scriptura omnis tropis, ut lib. 3. de Doct. Christ. testatur August. sine quarū diligenti obseruatione recte illā intelligere aut explicare nemo poterit.

Neq; est hæc ratio discernendi ab ullo doctore aut interprete scripturarū inuēta, sed ab ipso domino nostro Iesu, primum adumbrata et ostensa. Interrogati enī ab illo pharisæi, uelut apud Matt. legimus, Cuius filiū fore crederēt, futurū illū Messiam: quū respondissent, Dauidis: repere causam postulauit, cur dominū cum suū in spiritu uocaret Dauid, qui tamē filius eius esset futurus? Psal. enim 109. Dauid ipse, Dixit, inquit, dñs meus domino meo, Sede à dextris meis, donec ponā, &c. Nō est autē in parētum more positū, ut natos suos dominos uocent: sed contra magis, & multas quidem apud gentes solenne est, ut filij ipsi parentes honorabundi dominos appellent. Quia ergo rex Dauid Messiam illum olim regnaturum dominum suum uocabat, quomodo uel filius esse uel progenies eius potuit? &c. Hunc scripturæ nōdum pharisæi, utpote notitia Christi oīno destituti, soluere non potuerūt. Soluissent autem si cum Petro & discipulis alijs Iesum illum Nazarenum ipsum Christū, hoc est, Messiam iam tum Israël

Regulā sic
exponendū
antilogias
tradidit
Christus.

D. IOACHIMI VADIANI

præstitum, non hominis modo de domo & lum-
bis Dauidis, sed dei etiam uiui filium esse, uel ui-
dere uel confiteri uoluissent, Christus igitur seip-
so testante alio respectu filius hominis ex stirpe
Iesæ, alio, filius dei & dominus non Dauidis mo-
do, sed omnium quæ in cælo & in terra sunt. V-
nus interim & idem Christus. Totum enim ei tri-
buitur, quicquid à naturis ad personam deductū
de illo prædicatur. Operationes item omnes, ter-
ste Augustino, non ulli seorsim naturæ, sed perso-
næ uni & indiuisæ tribuuntur. Vnde & mortuū
dicimus deum, dum Christum mortuum fuisse
intelligimus: & filium hominis in cælis, qui cæ-
los iuxta carnē nondum intrarat. Et crucifixum
deum, & ea causâ interfectores dei Iudæos Ter-
tullianus appellat. Quæ omnia quibus de causis Ter-
uere dicantur & pie, satis est, ex naturarum diuer-
sa conditione, & personæ unitate communia fa-
ciente, ostensum.

Tractantur
loct qui ui-
dentur dos-
cere Chris-
tum sem-
per fuisse.

Nunc et illi mihi (quoniam in hanc materiam
incidimus) tractandi sunt scripturarum loci, qui
& ipsi obseruatione digni, sic deliniant nobis Chri-
stum, ut semper eum fuisse, uideri debeat. Enim-
uero & ecclesia post Hebionis, Pauli Samosateni
& Photini deliria Christum ante Mariam non
fuisse affirmantium, non dubitauit dicere Chri-
stum ante Mariam fuisse, & semper fuisse eum or-
thodoxi doctores confirmarunt. Ut & his in lo-
cis accurata obseruatione opus habeamus. Ex
multis autē paucos decerpemus. Primum, dictū
Bapti-

Baptistæ, Ioan. 1. Post me uenit qui ante me fuit, Cui illud Christi respondet quod supra citauimus, Antequã Abraham nasceretur, ego sum. Paulus aut̃ ad Colos. 1. de toto Christo, Et ipse est, inquit, ante omnia, & omnia per ipsum, etc. Longe expressius 1. Cor. 10. significans ipsis quoq; patribus cibũ in Agno & Manna Christũ, & sanguinem eius, eorundem in aqua petræ potũ fuisse, in hæc uerba insit: Petra fuit Christus. Item: Ne tenemus Christum sicut quidam illorũ tentauerũt, & à serpentibus extincti sunt. Seruatos enim à Christo palàm innuit serpens æneus à Mose in signũ positus, ad quẽ qui respexissent, curabãtur. Idem enim fuit qui & tentatores affixit, & ad se conuersos curauit. Ad Hebr. autẽ 1. sic de eodem idẽ Apostolus: Quem constituit hæredẽ omniũ, per quem etiã sæcula condidit, &c. Vbi de toto & induiso Christo loquitur, quod uel inde apparet, quod hæredẽ ipsum uocat, per quẽ omnia sunt cõdita, non aut̃ hæres sit Christus nisi iuxta naturam assumptã, unde & nos cohæredes eius uocemur. Ad Ephe. aut̃ 1. cap. Deũ nos in Christo ante mundi cõstitutionem elegisse, ut essemus sancti & immaculati corã ipso, &c. cõfirmat. Alio item in loco primogenitũ uocat omnis creaturæ, quia per illũ creata sint omnia quæ in cœlis & quæ in terra. Col. 1. Omnia, inquit Apostolus, per illum, & in illũ creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia per ipsum consistunt. Quo in loco non de Verbo seorsim, sed de toto Christo loquitur. Ac si

D. IOACHIMI VADIANI

dicat, Totus ille qui factus est ex muliere, factus sub lege, crucifixus et mortuus est, suscitatus et in gloria receptus est: totus, inquã, ille dominus & redemptor noster, et mediator noster, &c. ante oĩa est, et oĩa per ipsum cõsistunt. Nisi enim eo modo quo diximus, ad totũ refertur quicquid de Christo apostolicæ literæ prædicãt, nõ accipietur uel recto unquã uel sano in sensu scriptura. DOMINVS enim noster hodie unus est, nec natura est, sed persona est: neq; sic soluitur, uelut uni nature tribuendum sit quod de ipsa persona uere dici nequeat. Proinde quæ iã citauimus sacrarũ literarũ testimonia nõ hoc sensu accipiẽda sunt, tanquã Christus totus, hoc est, iuxta utriusq; nature substantiã semper fuisse, aut ante partũ Virginis iuxta carnẽ existisse confirmet (cũ ne Valentinus quidẽ, q̃ Christum cũ carne sua è cœlestibus in Virginẽ uenisse dicebat, tale unquam senserit) sed TOTVM, hoc est, diuina & humana natura hodie cõstantem in uerbo illo, à quo caro uirginea assumpta est, semper fuisse, & æternũ etiã esse, indicent & doceant. Verbũ enĩ patris, Filius æternus & Sermo ille qui ab æterno ad carnis nostræ assumptionem & redemptionẽ nostram paratus & prædestinatus est, Christi nomẽ à posteris accepit, quia & lex & propheta talẽ eũ demonstrarunt, ut qui erat futurus in carne, iam tũ in uerbo uero deo in carnẽ olim uẽturo quasi præstitus & exhibitus uideretur. Ob certitudinẽ enim, prudentiæ æternæ et certissimæ præscientiæ dei, uidemus spiritum illum propheticum

Quare apud prophetas præterita de Christo pro futuris sunt posita.

icum qui deus est uerus, eum morem in scripturis tenuisse, ut quæ futura erant, ipse qui omnia ceu præsentia intuetur, non præsentibus modo uerbis, sed etiam præteritis enunciet atque describat. Vt apud Esaiam de Christo ad redemptionem & iustitiam suscitando Spiritus loquitur: Ego suscitaui eum ad iustitiam. Suscitaui, dixit, non, Susciabo, propter ratam & certam prouidentiam dei, in cuius mente & sensu, omnia quæ futura sunt iam facta sunt, & uniuersa antequam fiant, nota sunt. Nam & nono capite idem propheta. Paruulus, inquit, natus est nobis, & filius datus est nobis. Vbi datus? In consilio illo diuinorum arcanorum æterno. Eadem enim de causa prædestinationis certæ, dictum est ab eodem Esaiâ, in persona Christi, Spiritus domini super me, propterea quod unxit me, &c. Et in Psal. 109. de Christo suo rex Dauid, Dixit dominus domino meo. Pro, dicet. Et in Psal. 44. Propterea unxit te deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis. Prophetis enim & ipsis ob certitudinem ueritatis quæ suggererat spiritus sanctus, quæ longe post futura erant tanquam præsentia atque etiam præterita enunciabantur: & tali quidem filo sermo dei textitur, ceu iam tum exhibitum orbi Christum, ac non potius exhibendum esse uideri debuerit, qui longe tamen post in mundum erat uenturus. Eius rei notitia factum est, ut classici interpretes Latini, Hilarius, Hieronymus, Ambrosius & Augustinus, uerba filij dei,

D. IOACHIMI VADIANI

seu malum Sapientiæ diuinæ apud Salomonem
 Prouerb. s. Dominus creauit me, &c. cõsimilem
 ad modum creandi uoce adducti ad Christum iu-
 xta hominem assumptum, non autem ad uerbũ,
 quod tũc temporis Arriani creatũ esse contende-
 bant, retulerint, & morem illũ simul scripturæ in-
 dicarint, quo futura, uelut præsentia, atq; interdũ
 etiã futura, proponit & enunciat, præcipue Am-
 brosius cap. 7. lib. primi, & 4. cap. lib. tertij de Fi-
 de ad Imperatorem Gratianum, ut nosti. Pater igitur
 causa cur & ante incarnationis tempus Chri-
 sti nomen etiam in Verbo locum habuerit, & pa-
 tres nostri eundem, & ante legem & sub lege in
 spiritu & figuris cognouerint & desiderarint, iu-
 xta illud Ioan. s. Abraham pater uester exultauit
 ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Et
 Math. 13. Multi prophetae & iusti desiderauerunt
 uidere quæ uideis, & non uiderunt: & audire quæ
 auditis, et non audierunt. Desiderauerunt, inquit,
 uidere oculis, quod fide iam cõceperant: et coram
 audire sermonem, quem iam intellexerant. Nisi
 enim Christum uenturum cognouissent, in carne
 sua uidere eum & audire non concupiuisent. In
 promptu quoq; et illa causa est, cur Apostolus in
 deo uerbo, iam tũ Israelẽ de domo seruitutis euo-
 cante, & liberante, perpetuaq; sollicitudine sua et
 uirtute comitante, Christi nomẽ statuerit, Omnia
 enim illa certa figura fuere, aduentus Christi & re-
 demptionis, quæ per illũ erat futura. Verbũ etiã il-
 lud iam beneficum & salutare apud deum erat,
 & deus

Patres ante
 legẽ et sub
 lege Chri-
 stum cogno-
 uerunt &
 uiderunt.

& deus erat Verbum: per quod, ut antea omnia facta, ita postea omnia consummata sunt. Cui & omnis potestas in cælo & in terra concessa est. Quare & ueteres interpretes scripturæ sanctæ, quos quidem legerim, uisiones illas & apparitiones quibus deus à tempore primorum parentum ad usq; legem & Prophetas, multifarijs misericordie suæ argumentis populo sibi dilecto sese demisit & exhibuit, ad eum modum exposuerunt, ut ad filium potius quàm ad Patrem referendas esse duxerint: quia sermo ille æternus, homini reuelatus, & ad hominem lapsum, magno miserationis argumento demissus, Christum dominum olim in carne uenturum, & inter homines ad salutem & redemptionem nostram uersaturum, iam tum innuerit & significarit. Tertullianus enim in libro aduersus Praxean, de filio locutus, Ipse enim, inquit, & ad humana colloquia semper descendit, ab Adam usq; ad Patriarchas & Prophetas, in uisione, in somno, in speculo, in ænigmatate, ordinem suum præstruens ab initio semper, quæ erat persecuturus infinita semper edicebat, & deus in terris cum hominibus conuersari non alius quàm sermo qui caro erat futurus. Edicebat autem, ut nobis fidem sterneret, ut facilius crederemus filium dei uenisse in sæculum, & retro tale quid gestum cognosceremus. Propter nos enim sicut scripta sunt, ita & gesta sunt, in quos æuorum fines decucurrerunt. Hactenus Tertull. Qui eodem in loco historiam Genesios de Adamo mali

Visiones et
apparitiones
dei ante
legem &
sub lege.

D. IOACHIMI VADIANI

conscio, & à facie domini fugiente, quem dominus ipse quaesierit, & ubi nam esset, interrogarit, &c. ad mysterium incarnationis Christi retulit. Sicut & Hilarius lib. de Trinitat. 12. eadem de re sic scribit: Putas ne deambulantis incessum, nisi in specie assumptæ creationis auditum? ut in aliqua creatione consisteret, qui inambulans fuerit auditus? Sed & in libro de carne Christi Tertullianus hæreticos alloquens, Atqui, inquit, tunc quoque inter illos Angelos, ipse dominus apparuit Abraham sine natiuitate, cū carne scilicet pro eadem causæ diuersitate. Sed uos hoc nõ recipitis, nõ cum Christum recipientes, quia iam nunc & alloqui, & liberare, & iudicare humanum genus ediscebat in carnis habitu, non natæ adhuc, quia nondum moritura &c. In Symbolo quoque uetustissimo, quod idem author in libro de præscriptionibus Hæreticorum recitauit, in hæc uerba de deo & uerbo eius æterno legimus: Qui uniuersa de nihilo produxerit, per uerbum suum primo omnium emissum, Id uerbum, filius eius appellatū, in nomine dei uarie uisum, Patriarchis, in Prophetis semper auditum, postremo delatum ex spiritu Patris dei, & uirtute, in uirginē Mariam, carnem factum in utero eius, & ex ea natum egisse Iesum Christum, exinde prædicasse nouam legem &c. Quibus uerbis præter sensum illi sæculo nimirum receptum & cognitum, Natiuitas carnis in tempore facta, & uerbi simul æternitas de Patre emissa, recepta, & credita est, naturarum diuer-

diuersitate in uno & indiuiso Christo constantē
 Quam quia proxima Apostolis tempora agno-
 uerūt, dubitari nequit, quin & ipsi Apostoli, ut à
 Christo edocti erant, eandem posteritati creden-
 dam commendarint. Id enim & scriptura horum
 manibus exarata testatur. Iam quod in dei nomi-
 ne (ut & hoc obiter annotemus) uisum Patriar-
 chis &c. Tertullianus dixit, ea causa factū est, q̄
 scriptura uetus haud temere ullo loco, q̄d sciam,
 uel filij uel uerbi diserte, sed dei tantum meminit,
 atq; inde ab Apostolo ad Heb. 1. fortasse dictū sit,
 Deus olim multifariā multisq; modis locutus Pa-
 tribus per Prophetas, extremis diebus hisce locu-
 tus est nobis per filium quem constituit heredem
 omnium &c. Velut innuens Patrem extremis die-
 bus locutum nobis per filium, non sua modo car-
 ne uestitum, sed etiam filij nomine indicatū, cum
 ab Angelo partum nouū annunciante, tum à Pa-
 tre ipso de cœlis intonante. Trinitas enim in uete-
 ri testamento figuris quidē & inuolucris quadāte-
 nus adumbrata nobis est, quæ in nouo illo per
 Christū in carne uenientē clarissime emicuit. Sa-
 ne et August. li. de Trinit. 2. ca. 13. Christū, in uoce
 Angeli de rubo loquentis, ostensum fuisse docet,
 haud in carne quidem, quæ postea assumpta est,
 sed in uerbo æterno quod in temporum plenitu-
 dine est incarnatum. Prudētius quoq; uates tum
 pius, tum uetustus, Verbū illud ab Abrahamo ui-
 sum, et hospitio etiā adumbrata trinitatis specie re-
 ceptum, Iacobum autem cū eodem colluctatum,

D. IOACHIMI VADIANI

& in monte cum eodem Mosen collocutum, ad hunc modum in Apothecosi cecinit:

Gen. 18.

Hoc uidit princeps generosi seminis Abram,

Iam tunc dignari terras inuisere Christi

Gen. 32.

Hospes homo, in triplicē numē radiasse figu-

Exod. 33.

Hoc, cōluctantis tractarūt brachia Iacob. (cā.

Ipse dator legis diuinæ accedere coram

Iussus, amicitix conlato qui stetit ore

Cominus & sacris coniunxit uerba loquelis,

Carnis in effigie Christum se cernere sensit.

Sed maiora petens animum per uota tetendit

Inconcessa homini: plusquā mortale laborans

Ipsum quantus erat sine corpe uisere Christū:

Deniq; post multi sermonis mutua, postq;

Conspectū præsentis Heri, & cōsortia longa,

Quæto, ait, liceat te nunc deus optime, nosse.

Respondit dñs: Mea, non me, cernere iustis

Posteriora dabo. Quid apertius? Absq; aliena

Quam sumat, facie, uerbum non posse uideri?

Posse tamen quū malit idem (nunq; Patre uiso

Terrenis oculis) habitu se ostendere nostro.

Sæpe & in angelicas uel mortales memoratū

Induci species, queat ut sub imagine cerni. (est

Hoc uerbū est qd uibratū patris ore benigno

Sumpsit uirgineo fragilē de corpe formā &c.

Patres sane omnes sermonem illum qui carō

erat futurus, simpliciter Christi nomine intellexe

runt. Sed Ambrosium citare libet, & uita, & fi-

de & eruditione sanctum, qui in decimum ca-

put prioris ad Corinthios scribens: Petra, in-

quit

quit, dicta est, quæ intelligitur esse Christus. Vbi enim deficiebat humanum eis suffragium, aderat Christus. Ideo sequebatur, ut ubi defecisset, ille subueniret. Nec enim petra aquam dedit, sed Christus. Idem in sermone 28. in Psal. Qui habitat &c. Apostrophe ad Iudæos facta, Miramini, inquit, Mosen quia patres uestros per mare siccis duxit uestigijs. Moses nõ imperauit, sed impetravit: nõ iussit mari, sed seruiuit iubenti fluctibus. Mosen laudatis, quia regem Pharaõ cū exercitu suo mersit. Moses orabat, & alius imperabat. Moses precabatur, Christus operabatur. Moses fugiebat, Christus insequabatur. Moses columnam sequebatur, ut nocturnas tenebras declinaret, Christus illuminabat. Mosen agnoscis, quia aquæ amaritudinem temperauit. Mosen agnoscis, quia aquam produxit de petra: Christum non agnoscis, qui ueri illius Aegyptij stravit exercitum, & abyssi mersit profundo, qui nos liberat quotidie de huius mundi fluctibus, ne nos sæculi procella demergat &c. Hucusq; Ambrosij uerba retulimus: Nunc Hilarij referemus. Qui lib. de Trinitate ultimo, Cælo componendo Christum dicit affuisse. Eodem libro, super illo Salomonis, Dominus creauit me &c. Cum, inquit, scriptura omnis creatorem mundi dominum Iesum Christum esset locutura, nunc tamẽ Sapientia ad denegandam impietatis occasionem, & Fabricatorem mundi deum patrem cõfessa est, neq; se fabricanti deo docuit abfuisse &c. Idem lib. 11.

D. IOACHIMI VADIANI

Non afferunt, inquit, tempora uel ætates spiritus (naturam diuinam intelligit) diuersitatem, ut non ipse atque idem Christus in corpore sit qui mansit in Prophetis &c. Hæc Hilarius, eodem sensu, quo Prudētius dixit, Mosē cupisse Ipsum quantus erat, sine corpore uisere Christum, hoc est gloriam Christi intueri, non quanta in corpore, quod nondum assumpserat, sed quanta in diuinitate, quam æternam Christus habebat. Mirto alia quæ apud alios Doctores passim leguntur, sic adducta temperatq; secundum scripturas, ut à regula illa fidei orthodoxæ nihilum quidem discrepent, teneantq; quod omnes semper Ecclesiæ sunt professæ. Christum Iesum semper fuisse, iuxta naturam quæ deus est, iuxta naturam autem qua homo est, non fuisse semper, sed cœpisse & factum esse: Vt & omnia facta esse per Iesum dominum intelligamus. Et eundem Iesum Christum dñm ex muliere & sub lege factū sano in sensu, & nihil hæsitante, fide plane percipiamus. In creatum igitur in uerbo, creatum autē in carnis conditione. Deum, qui assumpsit, hominē qui assumptus est. Sicut enim æternum esse, ab eo quod natura & substantia Deus est, inseparabile existit: ita creatum esse, ab eo quod in tempore cœpit, & factum est, separari nullo modo potest: neq; est uel uanitatis uel imperfectionis, quod creatura Deus non est, sed proprium generis & substantiæ: hoc ipsum ne futura quidem gloria regni absolutissimi & perfectissimi, tollet, quod uanitatem

tatem tamen & imperfectionem omnem de creatura glorificata auferet. Infra enim deum positam esse creaturam, certa est gloria dei, lausque & hymnus deo proprius, quod ex ipso omnia sunt, & ante omnia ipse est: nullius in iniuriam, sicut nec finis ulius capax. Prima enim omnium distantia dei & creaturae, haec est, quod Deus aeternus, & omni initio prior est: Creatura facta, cum non esset, & deo auctore producta est. In huius igitur genere & casu cum sit caro Christi in uirgine assumpta, & anima humana uiuificata, consequitur profecto & Christi carnem, de uirginis substantia spiritu operante deriuatam, creaturam esse.

Quod hodie tamen nonnulli nescio quam ignominiam substantiae creatae inuidentes, sic praesumpte & subtiliter negant, & tanta cum nausea substantiam factam & in tempore formatam quae a uerbo assumpta sit, auersantur & fugiunt, ut si dicas, Deum a deo assumptum, & rursus deum hominem in deo glorificatum, carnis nostrae naturae longe maxime reiecta, non possis ulla parte ad arcanum illud cognitionis Christi accedere. Siquidem deus uel seipsum assumpsit, & in seipso est incarnatus, uel aliam a se & quidem diuersam substantiam assumpsit. Si seipsum: subvertitur incarnationis mysterium, & simul nomen assumptionis amittitur. Cum assumere proprie sit, accipere quod non habebas, aut externum quiddam apprehendere. Sin diuersam assumpsit substantiam: consequitur uel creaturam

De sententia
illorum quae
negant Christi
sum esse
creaturam.

D. IOACHIMI VADIANI
esse, sicut reuera caro Christi ex carne Virginis
creatura est. Vel mediam illam inter creatorem &
creaturam, tali conditione substantiam esse, quæ
nec creator, nec creatura existat. Audio enim ex
ipsis esse quosdam qui carnem Christi, carnem
esse ueram fateantur, & simul creaturam esse ne-
gant. Id quod & Gaspari placere uideo. Erit igitur
caro Christi tertium illud genus, nec creatum
opere uidelicet sex dierum, nec increatum, sed factum
etiam spiritu sancto operante. (Ita enim sentire illos
coniicio.) Quasi uero forma illa serui per spiritum
operantem ex uirgine condita, non habeat
demissum illud & humile quod habet creatura,
hoc ipso scilicet quod facta & condita, & ex in-
nitione assumpta est: aut quasi substantia uel hor-
die uel pridie creata à deo, & de nihilo etiam pro-
ducta, non sit in eo genere creaturarum, propter
originis conditionem, in quo genere sunt creatu-
ræ sex dierum opere productæ. Sunt enim non
nulli qui animali esse nos fide dicunt, quia non
uideamus Christum uel conceptum, uel glorifi-
catum, ullo modo esse creaturam. Alij & anathe-
matizant illos qui Christum creaturam faciunt
uauitati subiectam. Quasi sint inter nos qui post
gloriam, qua est exaltatus, ulli omnino uauitati
subditum esse iuxta carnem dicant, aut sequi ne-
cesse sit, uauitati subditum esse, si creatura sit: cum
creaturam esse non sit uauitas, ut diximus, sed na-
tura & conditio: præterea Apostolo teste cõfessio-
nem illam creaturam uauitati subditam esse quæ in-
miscit,

miscit, aut congemiscit, hoc est quæ à seruitute cor-
 ruptionis nondū liberaia, iam nūc parturit, per-
 fectionem expectando. Rom. 8. Creatura enim
 quæ in gloriam est translata, licet originis condi-
 tionem nō exuat, tamen à uanitate & corruptio-
 nis seruitute liberaia est, nec ingemiscēs amplius,
 nec expectās quod induatur. Gemitus enim cum
 spe coniunctus est, Spem autem satiat & finit glo-
 ria, qua creaturæ status non subuertitur, seu dele-
 tur, sed perficitur, & constablitur sempiternis bo-
 nis exornatus. Rom. 8. Ab Apostolo igitur cum
 uanitas omnis per gloriam tollatur, tamen non
 tollitur creatura: ut plane errare & labi mihi ui-
 deantur, qui corporis & carnis idiomata sic seiun-
 gunt à conditionis substantia, ut si substantiæ,
 cuius idiomata sunt, adhærere uel inesse dica-
 tur, confestim uanitatis nomine debeant censer-
 tur. Tolle enim, tolle inquam, de natura proprietat-
 em, & naturam confundisti: aut ostende nobis, si
 potes, quo modo alio substantias in Christi per-
 sona tam diuersas capere & cognoscere possi-
 mus, nisi proprietatum inseparabilium indicatu-
 ra. Harum enim obseruatione, & creatorem &
 creaturam esse dominum Iesum confessi sunt, &
 hodie doctissimi quique consententur. Ridicule
 enim nuper quidam literulis missitandis, persua-
 dere passim conatus est, Doctores ueteres, & an-
 te alios Ambrosium, Christum creaturam esse ne-
 gare, sed & D. Lutherum, uirum tantum, in ea-
 dem opinione esse, asseuerauit. Quod quidem

quanta cum calumnia dixerit, nemo est ne-
 sciens, qui uel ueterū doctorum, uel ipsius D. Lu-
 theri libros legit. Negant illi quidem dominum
 Christum creaturam esse iuxta naturam uerbi,
 sed eundem interim creaturam iuxta carnem as-
 sumptam confirmant. Neq; nos Christum sim-
 pliciter creaturam esse adfirmamus, quasi pura
 creatura existat. Neq; creaturam esse negamus,
 quasi iuxta corpus assumptum non sit creatura.
 Diuus quoq; Augustinus, cum alijs multis in lo-
 cis, tum in libro de Trinitate 1. cap. 12. Naturam
 humanam à uerbo assumptam creaturam uo-
 cat. Et Hieronymus Commentarijs in Micheam
 & in Epistolam ad Ephesios libere pronunciat
 Christum creaturam esse. Hilarius toto illo in
 opere de Trinitate aliud non agit magis, quam
 ut ostendat Christum iuxta naturam uerbi nec
 creaturam nec facturam esse, quod Arriani ta-
 men asserbant. Contra autem iuxta carnem ue-
 ram etiam in gloria creaturam esse defendit, &
 Paulum idem docuisse libro duodecimo, his uer-
 bis affirmat, Beatam autem illam & ueram con-
 ceptæ intra uirginem carnis natiuitatem (qua
 tum creaturæ nostræ & natura & species nasce-
 batur) creaturam & facturam Apostolus nomi-
 nauit. Et eodem in libro, locum Pauli Collos. ter-
 tio, Misit deus filium suum &c. exponens, ita scri-
 bit: Filius itaq; suus (hoc est proprius patris, &
 cælo missus) qui est in homine & ex homine fa-
 ctura: neque factura tantum, sed etiam creatura,
 &c.

Sancti pa-
 tres confes-
 siones Chri-
 sti esse
 creaturam.

&c. Iam & Irenæus capite trigesimo secundo, ter
 tii libri, aduersum illos agēs, qui de uirgine Chri-
 stum nihil assumpsisse contendebant, hoc ipso
 Christum creaturam esse conuincit, quod Apo-
 stolo teste, & carnis substantiam de homine acce-
 perit, & hoc ipsum quod nos sumus factus fue-
 rit. Quid aliud autem in libris illis quos de Fide
 ad Imperat. Gratianum scripsit, Ambrosius agit?
 Quid aliud in lib. de Fide contra Arrianos? Quid
 aliud in libro de Dominicæ incarnationis sacra-
 mento disputat, & disceptat, quàm ut Christo Ie-
 su seruatori nostro utriusq; naturæ ueritatem &
 euentiam uendicaret, fidemq; sanam & ortho-
 doxam Principi illi, qui noscendæ ueritatis cu-
 pientissimus erat, ostenderet, & argumenta qui-
 bus Arriani conceptam semel de uerbo opinio-
 nem suam fucare & tueri pergebant, scripturis
 nec fucatis, nec tortis, sed solidis sanoq; in sen-
 su allegatis reijceret & confutaret. Ibi (fateor)
 negat Christum creaturam esse, sed in ea negat
 natura, qua uerus deus est, docens filium dei
 Christum, unum cum Patre deum, coæternum
 patri, genitum ex patre, non factum, unius cum
 Patre substantiæ, omnipotentem, per quem om-
 nia facta, cuius unum cum Patre regnum, una
 maiestas, una gloria, & quod æqualis patri, cum
 quo & spiritu sancto, in una potestate, & insepa-
 rabili diuinitate consistat, ita interim disposita Tri-
 nitatis *ὁικονομία*, ut alius Pater, alius Filius,
 alius Spiritus sanctus: Tres personæ in con-

D. IOACHIMI VADIANI

fusæ in una substantia indiuisa, equali & æterna.
 Hoc autem dum agit sic uindicat & secernit na-
 turam humanam à diuina in Christo, ut iuxta
 eandem & creatum Christum, & in tempore fa-
 ctum, adeoq; ueram & confessam creaturam esse
 agnoscat & fateatur. Summatim ergo ut colliga-
 mus, de Ambrosio, Negat creaturam Christum
 sic: & nos cū ecclesia negamus. Et hoc quidem
 præcipue agit cap. 6. & 7. libri primi de Fide ad
 Gratianum: negans creaturam ullam esse in deo,
 & illud obseruandū admonens, naturā qua deus
 est Christus, non admittere (sic enim loquitur) di-
 uersitatem, ut iam genita, iam creata dicatur & fa-
 cta, sicut Arriani Christū promiscue creaturā fa-
 ciebant, non tam ad hominem quā ad uerbum
 respicientes. Proinde 4. capite libri de Incarnatio-
 nis sacramento, Quid, inquit, proficis, si dicas
 quod Christus hæc an illa creatura sit? Creatura
 mutatur, diuinitas adoratur &c. Arriani enim li-
 cet factum esse Christum iuxta naturam uerbi di-
 cerent, tamen hanc ei ceu prærogatiuam defere-
 bant, quod ante omnem creaturam factus es-
 set, & sic à Patre in deum adoptatus, ut omnia po-
 stea iuxta Ioannis testimonium per ipsum facta
 essent. Ea causa motus Ambrosius, non referre
 ait ad erroris excusationem, hoc ne an illo modo
 creatura dicatur Christus, hoc est, ante ne om-
 nem creaturam, an uero cum reliqua creatura fa-
 ctus dicatur: cum erroris summa in hoc uno po-
 sita sit, quod iuxta uerbum creatura appellatur.

& factus ab Arrianis creditur. Si enim etiam hæc
 à parte creatura foret dominus noster Christus,
 consequens foret in eo adorando, palàm impin-
 gere nos, ut qui puram creaturam adoraremus.
 Prohibuit autem (inquit Ambrosius) me Paulus,
 creaturæ seruire, sed Christo admonet seruien-
 dum: Non ergo creatura Christus. Paulus enim
 inquit, Seruus Iesu Christi. Bonus seruus qui do-
 minū recognoscit, ipse creaturæ seruire nos pro-
 hibet. Hæc 7. cap. lib. 1. ad Gratianum Ambros.
 Qui 6. capite locum illum Ioannis 20. Ascendo
 ad Patrem meum &c. exponens, in hæc uerba ha-
 bet: Ostendit etiam dei filius distantiam genera-
 tionis & gratiæ, dicens: Ascendo ad Patrē meum
 & Patrem uestrum: Deum meum & deum ue-
 strum &c. Non dixit: Ascendo ad Patrem no-
 strum: sed, Ascendo ad Patrem meum & patrem
 uestrum. Separatio ista diuersitatem ostēdit, quod
 illius genitor, noster creator sit. Et addidit: Deum
 meum & deum uestrum. Quia licet ipse & pater
 unum sint, & illi pater sit proprietate nature, no-
 bis deus & pater cœperit esse per filium, nō natu-
 ræ iure, sed gratiæ: tamen utranq; naturam hic si-
 gnificare uidetur in Christo, & diuinitatis & car-
 nis. Diuinitatis ex Patre, carnis ex Matre: illamq;
 ante omnia, istam ex uirgine. Deniq; antea, Pa-
 trem ut filius nominauit, deum postea, ut homo
 nuncupauit: ubiq; autem deum suum. Quid ex
 persona dicat hominis, testimonia docent: Deus
 deus meus respice in me, quare me dereliquisti?

D. IOACHIMI VADIANI

Et alibi: De ventre matris meæ deus meus es tu, &c. Et supra, quasi homo patitur. Et infra, homo qui ex matris ventre iactatur. Itaque cum dicit: De ventre matris meæ deus meus es tu, &c. significat eum qui pater semper erat, ex illo deum sibi esse ex quo de ventre matris iactatus est. Cum igitur in Euangelio, in Apostolis, in Prophetis generationem Christi legerimus, unde audent dicere creatum esse uel factum? Et quidem in quo creatum legerint, in quo factum, considerare deberent. Edoctum est enim dei filium de deo esse genitum, de deo natum. Factum autem in quo legerint, diligenter aduertant. Non enim deus factus, sed dei filius natus est. Postea autem secundum carnem, homo factus ex Maria est. Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti: Postquam uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Filium, inquit, suum, non unum de multis, sed communem, sed suum. Suum, cum dicit, generationis æternæ proprietatem signauit. Hunc postea factum ex muliere asseruit, ut FACTURA non diuinitati, sed assumptioni corporis ascriberetur. Factum ex muliere per carnis susceptionem, factum sub lege per obseruantiam legis. Generatio autem illa cœlestis ante legem, ista post legem &c. Hæc ad uerbum Ambrosius, quæ tamen si longiuscula erant, tamen huc transcribere libuit, quod admonere mihi ac uelut præ-

prescribere uideretur, quanta diligentia naturæ
 in Christo obseruanda sint, ne quod unius est
 alteri parum caute tribuamus, nec Scripturam
 iam hoc tam illud uni Christo tribuentem aliter
 accipiamus quam collatio testimoniorum & si-
 dei analogia permittat. Quarto autem capite,
 tertij libri ad Gratianum, super illo Salomonis,
 Dominus creauit me principium uiarum sua-
 rum in opera sua, &c. Vnde, inquit, intelligimus
 illud quod de incarnatione scriptum est, Domi-
 nus creauit me &c. id significare quod ad redi-
 menda opera Patris dominus Iesus ex Virgine
 fit **CREATVS**. Et paulò infra, Propter quæ
 autem opera fit creatus ex Virgine, ipse domi-
 nus, cum illum cæcum curaret, ostendit, di-
 cens: In illo oportet me operari opera eius qui
 misit me. Et addidit, ut de incarnatione dictum
 crederemus, Cum in hoc mundo sum, lux sum
 huius mundi. Etenim quasi homo in hoc mun-
 do pro tempore est, nam quasi Deus semper
 est. Deniq; alibi ait: Ecce uobiscum sum usque
 ad consummationem sæculi. Eodem etiam in
 capite, ante finem, illud Salomonis, Domi-
 nus creauit me principium, &c. repetens, Con-
 sidera, inquit, quod moris est scripturis, & fu-
 tura pro præteritis dicere, & geminam in Chri-
 sto significare substantiam, diuinitatis & carnis:
 ne quis aut diuinitatem neget eius, aut carnem.
 Nam, sicut in Esaia habes: Puer natus est nobis,

D. IOACHIMI VADIANI

ctorem orthodoxum cupio, qui Christum secundum naturam assumpti hominis aut facturam, aut creaturam esse refragetur, ut hodie refragantur qui dominum amplius creaturæ uoce grauari nolunt.

Accepimus autem diuisam esse illorum sententiam, alijs nec fuisse unquam, nec esse hodie creaturam asserentibus: contra, alijs fuisse quidem in infirmitatibus & passionibus, sed desisse per gloriam quæ carnem in deum transtulit et assumpsit. Vtrique quàm recte, & pie, tuum etiam & aliorum iudicium esto. Equidem Gasparis candorem non possum non commendare, dum Christum etiam in gloria hominem uerum, ex ossibus, carne, sanguine, neque alia substantia quàm illa ipsa quæ ex substantia uirginis assumpsit, sedere & regnare ad dexteram patris confessus est. Homo autem ille ex anima & corpore compositus tum primum esse cœpit, quum in utero sanctificato conceptus & formatus, et à spiritu illo æterno assumptus est. Non fuit enim ante uirginem grauidam homo ille, & tum primus factus est, quum cœceptus est. Creatus autem, quia nec naturæ lege, nec opera uirili, sed supra naturæ seriem à deo in uirgine, & ex uirgine formatus est. Ut non mortalis modo & infirmus, sed gloriosus etiam & uictor, in regno illo sempiterno iuxta hominem factum, uera creatura sit et permaneat. Videbimus enim, scriptura attestante, filium non dei solum, sed etiam hominis Iesum Christum in nubibus cœli, & in gloria

Christus etiam in regno uera creatura est & permanet.

& filius datus est nobis: Ita hic quoque ante, præ-
 misit creaturam carnis, & subtexuit assertionem
 diuinitatis (antequam terram faceret, & ante-
 quam produceret fontes aquarum, ante omnes
 colles genuit me.) ut scires non duos Christos,
 sed unum esse, qui ante sæcula generatus sit ex
 Patre, & ultimis temporibus creatus sit ex Virgi-
 ne: Hoc est, Ego sum ille creatus ex homine, crea-
 tus ad causam, qui sum generatus ante sæcula,
 &c. Demum sensum illum pium & orthodo-
 xum concludens, Ante omnia ergo, inquit, gen-
 neratio. Inter omnia & propter omnia, creatu-
 ra. Natus ex patre supra legem, factus ex Maria
 sub lege &c. Hæc rursus Diui Ambrosij uer-
 ba sunt, ex quibus, credo, pater, quam uere sen-
 tiant, qui putant Christum ab eo, creaturam esse
 negari: Cum & creatum & factum, & creatu-
 ram esse dominum uerbis tam disertis pronun-
 tiet & confirmet. Locum autem Salomonis
 Prouerbiorum octauo, non Ambrosius modo,
 ut supra quoque diximus, sed ipse etiam Hilarius
 & Augustinus de Christo iuxta hominem as-
 sumptum exponunt. Hieronymus obiter, tum
 alijs locis, tum Commentarijs in Micheam, &
 Commentarijs in epistolam ad Ephesios, admo-
 net in Hebræis codicibus non Creauit, sed Possi-
 dit, legi: subindicans, non ad carnem modo, sed
 uerbum etiam ipsum & sapientiã patris testimo-
 niũ illud referri posse: quod ita tamẽ admonet, ut
 uulgatam interim et receptã expositionẽ de carne
 domini

domini creata non rejiciat. Alij Septuaginta in
 terpretationem secuti $\epsilon\kappa\tau\omicron\sigma\tau\omicron\mu$, id est, creavit, legere
 maluerunt, quam possedit. Tertullianus quoque
 licet ad Sophiam ipsam & sermonem domini æter-
 num dictum illud Salomonis referat, libro aduer-
 sus Praxean, tamen creandi uoce non offenditur,
 haud quidem sic creatum intelligens filium, uelut
 factus sit, qui ante non fuerit, quod Arrius postea
 opinatus est, sed quod Verbum æternum, ad car-
 nis assumptionem, & functionem illam redem-
 ptionis ab æterno, scriptura teste, paratum & de-
 signatum fuerit. Quo in sensu sanè Verbum, &
 sine offensione creatura, hoc est, paratura dici pos-
 set, quod alicubi & Erasmus annotauit. Siquidem
 & magistratum creari & designari Latine dicimus,
 dum legitur, & ad functionem breui obeundam
 destinatur. Nam sic præordinatum legimus Act.
 4. Clare autem Petrus, Qui præordinatus, inquit, 1. Pet. 1.
 fuerat, antequam conditus esset mundus, sed ma-
 nifestatus fuit extremis temporibus, &c. Et Pau-
 lus, Qui uocauit nos uocatione sancta, non se- 2. Tim. 1.
 cundum opera nostra, sed secundum suum pro-
 positum & gratiam quæ data quidem est nobis
 per Christum Iesum ante tempora æterna, sed pa-
 lam facta est nunc per apparitionem seruatoris no-
 stri Iesu Christi, &c. Creatum igitur, hoc est, para-
 tum & prædestinatum in carnem filium dei æter-
 num licet dixerit uetus ille scriptor Tertullianus,
 tamen & secundum carnem creatum & factum
 agnoscit. Et ut colligam breuiter, ostendi mihi do-

D. IOACHIMI VADIANT

ctorem orthodoxum cupio, qui Christum secundum naturam assumpti hominis aut facturam, aut creaturam esse refragetur, ut hodie refragantur qui dominum amplius creaturæ uoce grauari nolunt.

Accepimus autem diuisam esse illorum sententiam, alijs nec fuisse unquam, nec esse hodie creaturam asserentibus: contra, alijs fuisse quidem in infirmitatibus & passionibus, sed desinisse per gloriam quæ carnem in deum transtulit et assumpsit. Vtrique quàm recte, & pie, tuum etiam & aliorum iudicium esto. Equidem Gasparis candorem non possum non commendare, dum Christum etiam in gloria hominem uerum, ex ossibus, carne, sanguine, neque alia substantia quàm illa ipsa quæ ex substantia uirginis assumpsit, sedere & regnare ad dexteram patris confessus est. Homo autem ille ex anima & corpore compositus tum primum esse cœpit, quum in utero sanctificato conceptus & formatus, et à spiritu illo æterno assumptus est. Non fuit enim ante uirginem grauidam homo ille, & tum primus factus est, quum cœceptus est. Creatus autem, quia nec naturæ lege, nec opera uirginitatis, sed supra naturæ seriem à deo in uirgine, & ex uirgine formatus est. Ut non mortalis modo & infirmus, sed gloriosus etiam & uictor, in regno illo sempiterno iuxta hominem factum, uera creatura sit et permaneat. Videbimus enim, scriptura attestante, filium non dei solum, sed etiam hominis Iesum Christum in nubibus cœli, & in gloria

Christus etiam in regno uera creatura est & permanent.

gloria sua ad iudicium uenturum. Proinde eleganter & pie Prudentius, mortem alicubi allocutus, quo captiuos tenere uelit, male de Christo opinantes: contra, probe sentientes dimittere, illos uidelicet:

Qui norūt hominē atq; deū sic dicere Christū,
 Vt uerus summusq; deus mortalia gesserit.

Mox subiungit.

Ipse gerit quod struxit, opus, nec ferre pudeſcit
 Factor, qđ peperit, Corpus loqr atq; aīæ uim:
 Finxerat hoc digitis, animam sufflauerat ore,
 Totū hoīem deus assumit quia tot⁹ ab ipſo eſt:
 Et totū redimit quē aſſumpſerat, omne reducēs
 Quicqđ hō eſt, iſtud tumulis, aſt iſtud abyſſo ꝛc

Totum quem aſſumpſit, redemiſſe ait, ut car-
 nem naturæ noſtræ indicaret, & illud Perri Acto-
 2. inculcaret, Quod nō dereliſta ſit in inferno ani-
 ma eius, neq; caro eius uiderit corruptionē, in cœ-
 los ſcilicet ſubueſta, ubi uera & incorrupta per-
 manet. Hac enim cauſa poëta hic uenit, & carnē
 de tumulo, & animam de inferno reuocaram eſ-
 ſe innuit.

Sed de locutionum modis, ut ipſis ſcriptura &
 eccleſia uitur, deq; cognitione quæ ad Chriſtum
 indiuiſum, & naturas in Chriſto inuiolatas peri-
 uer, ſatis ſit in præſentia dictū. Quæ quidē Zuicci
 doctiſſime, referre uisum eſt: nō quo te uelut hæſi-
 tantē et diuerſum ſentientē admonēdū duxerim, q̄
 monitore nō eges, tantoꝝ et in ſcripturis ſanctis,

Conſilium
 huius Epiſ-
 ſtolæ.

& orthodoxis eius interpretibus exercitatus, sed ut meæ tibi sententiæ de Christo creatore & creatura caussas, unde duceretur, quibusq; firmamentis ac uelut præsidijs niterentur, in medium afferrem, & obiter indicare me in Epistola illa ad doctissimum uirum D. Henrychum Bullingerum Tigurinae ecclesiæ Pastorem scripta, quæ anno superiore ædita est, nec temere, nec procaciter illorum opinionem reiecisse, qui noua quadam & inacta prioribus Christi cognitione ostentata, non modo creaturam esse hodie dominum negant, sed naturam etiam eius humanã diuinæ per gloriam æquant. Video enim illos mirifice offendi, quod ueritatẽ naturarũ affirmamus in Christo, ac non potius carnis conditionẽ Verbo adæquatam, perq; omnia à creaturæ statu transpositam esse, & in deum assumptã decernimus. Seruile interim, ni fallor, uocitantes, quod substantiæ factæ propriũ est & naturale. Et turpe ducẽtes id quod à domino assumptum sit creaturæ nomine conueniri. Quasi credi possit, non creaturam, hoc est, factam & formatam substantiam quæ prius non fuerit, sed creatorem, hoc est, seipsum assumpsisse filium dei. Et turpe prodidisse scriptura uideri debeat, quæ filium dei exinanitum, & humiliatum, nec æstimantem q; patri esset æqualis, in mūdum uenisse, & carnem hominis induisse, humiliter & abiecte natam & educatam, tandem et in crucem carnem illam pertulisse, prodiderit. Cum hæc tamē omnia ad elogium misericordiæ immensæ perti-

pertineant, simulq; & gloriam carnis nostræ futu-
 ram ita confirmet, ut si, quod illi contendunt &
 obtrudunt reciperemus, planè & Christi gloriã,
 & nostram quæ in Christo futura est, prorsus om-
 nem simus obfuscaturi. Certe & Marcion & Va-
 lentinus, si Tertulliano credimus, hac maxime de
 causa Christi ex uirgine incarnationem respue-
 runt, quod substantiam illam & naturam serui-
 lem indignam ducerent, quam diuina maiestas
 assumeret. Nam & illud nostros offendere ui-
 deo, quod naturæ diuinæ & immensæ substan-
 tiam finitam et circumscripam in gloria unimus.
 Quasi in sæculo, passione, & morte Christi maie-
 stas diuina deteriori conditione fuerit, quàm ho-
 die sit in gloria. Aut quasi domini caro in sæculo
 agentis, non habuerit, peccato dempto, infirmita-
 tes carnis cum carne nostra communes, & credi
 interim, creaturam non fuisse, debeat. Præterea,
 in glorium non fuisse uerbo æterno, & immen-
 so, tantillo in corpusculo sacramentum incarna-
 tionis & redemptionis absoluere & consumma-
 re. Iam autem in glorium sit eodem regenerato, et
 infirmitati omni exempto, regnare, triumphare,
 & inimicorum omnium futuro in iudicio defini-
 tiua sententia ceruices subiugare, haud infinito
 quidem illo ceu extra naturã substantiæ suæ posi-
 to, sed uisibili, & uulneribus crucis insigni. Quod
 ipsum si scriptura non proderet, tamen colligeret
 ratio, qua creaturæ uniuersæ ad creatorem colla-
 tæ ea conditio sit, atq; eum in gra modum essentia

D. IOACHIMI VADIANI

Luc. ult.

Christus
anima &
corpore
finitus.

omnis creata intelligatur, ut nusquã non esse nulli substantiæ, quantumuis incorporeæ, diuina sola excepta, concedatur. Modo scriptura & corpus Christo glorificato solidum, et animam eisdẽ conditionis metis contentam tribuit. Corpus enim tangendum palpandumq; præbitum est Apostolis, ne de carnis rediuiuæ ueritate uacillarent. Et anima in inferno non relicta, sed & in paradiso constituta, demum ad corpus reuersa est, ut extra corpus Christi anima Christi amplius non sit, sed solo in corpore sedem habeat. Omne enim (ut scite est à Prudentio dictum) quod Hora

Natalis profert, locus accipit, & locus ullus
Quod cohibere pōt modicū est nec in oīe fusu.

Modicum dixit Prudentius, quod nos finitum & naturæ non immensæ, sed contractæ & limitatæ uocamus. Neq; ita circumscripsit loco animã quasi corporea & ipsa credi debeat, sed alicubi esse ita definiuit ut simul alibi non sit: sicut anima cuiuslibet hominis uiuentis, ita est intra meras membrorum & corporis contenta, ut simul in corpore & extra corpus esse nequeat. Præterea creaturæ angelicæ omnes talibus essentiæ modis metisq; continentur, ut quoniam factæ & aditæ sunt, tales sunt ex originis conditione & statu, ut non nisi unius loci mentione aut definitione capiantur. Quod si adeo finitæ & modicæ rei commertio, maiestatem illam nec celo nec terra capacem tantopere abhorruisse cõstare possit,

set, quantopere illi in gloriam nescio quam in-
 tenu à carnis creatæ substantia & naturæ huma-
 næ exilitate abhorrent, profecto ne unionem qui-
 dem in Virgine factam, quia seruilis cuiusdam
 humilitatis sit usquequaque plena, uel simplici-
 bus persuadere & uero similem facere possemus.
 Absit autem, absit procul à mentibus nostris, ut
 quod à prophetis prædictum, ab apostolis tra-
 ditum, ab omnibus ecclesijs orthodoxis receptū
 est, id nos ulla cum hæsitacione commisceamus.
 DEVS ipse spiritus est, immensus perfectione,
 uirtute & maiestate, cuius gloria & maiestas quã
 habet in sese, rerum à se creatarum usu nec tolli-
 tur, nec deprimitur. Vnus idem est, in eadem es-
 sentiæ & naturæ absolutissima luce et perfectio-
 ne ab æterno, & in æternum. Humiliatus qui-
 dem in carne, miseria, dolore, anxietate, cruce,
 morte. Et rursus in filio Christo glorificatus
 deus, cæterum haud aliter aut modo alio, quàm
 quod excelsum cum & gloriosum à morte &
 infirmitate illi ipsi uiderunt & cognouerunt, qui
 iuxta carnẽ in abiectissimam humiliationis con-
 ditione deductum conspexerant. Eiusdem enim
 Christi gloriam discipuli quasi unigeniti à patre
 uiderunt, cuius ignominiam inter latrones pen-
 dentis antea sunt experti. Neq; enim deterius ha-
 buit uerbum æternum in Christo, quãdo in cruce
 mortuus est dominus, quàm habuit, quando ui-
 ctor & triumphator cælis est illatus, euamsi uere
 Christus deus mortuus est, & Christus hois filius

24 D. IOACIMI VADIANI.

in cœlos subuectus est, uere exinanitus dei filius
 in Christo, & in eodem uere glorificatus. Vtrinque
 sic inuiolata diuinitatis natura, ut ei nec decesserit
 per ignominiam quicquã, nec accesserit per glo-
 riam. Extra enim a leã mutabilitatis diuinitas po-
 sita est. Nec alia fuit in corpore infirmitati subie-
 cto, quã nunc sit in eodem per gloriam exalta-
 to. Imò uero ne in tali quidem carne qualem illi
 nostri imaginantur alia esse potest, quantacumque
 accessione gloriæ, quã ante fuit in humili & æ-
 rumnosa & in præsepe posita, & maternis uberi-
 bus fora. Vt equidem satis mirari nequeam, quid
 nam illis nostris tam morose sapientibus accide-
 rit, ut nostræ naturæ substantiam ferre in domo
 no glorioso non possint, nisi suis illam idioma-
 tis penitus exuamus. Cum uideant tamen, & ob
 oculos positum habeant constantem scripturarum
 consensus, neque non intelligant ad Christi glo-
 riam unice atinere, ut quam ipse naturam de ter-
 ra exortam Virginis utero illapsus assumpsit, ean-
 dem ab omnibus infirmitatis incommodis exu-
 tam idem in regno illo cœlesti teneat & conser-
 uet. Nihil autem retulerit (ut & hoc moneamus)
 paruum ne & naturæ suæ conforme corpus illi
 glorioso, an ingens & immensum tribuas. Eadẽ
 diuinitas in Spithamæo, ut sic dicam, corpore que
 in Gyganæo. Neque enim grandescit in maximis,
 nec in minimis minuitur. Eadem uis, uirtus, sub-
 limitas, infinitas, quæ nulla corporis dimensione
 uel æquatur, uel uariatur. Vt uerissime dictum sit
 à Diuo

Finitum esse
 se domini
 corpus, nil
 derogat glo-
 riæ eius.

à Diuo Hieronymo in Epistola quadam ad Marcellam, stultum esse definiente, potèriam filij dei, unius corpusculi paruitate finiri. Ille enim, inquit, quem nō capit cœlum, quicq; ubiq; erat, etiã in filio hominis totus erat. Diuina quippe natura & dei sermo in partes secari non potest, nec loeis diuidi, sed cum ubiq; sit, totus ubiq; est, &c. Discimus ergo uerbum æternum uel solido & uere humano corpusculo unitum, tam plenũ & amplum, perfectumq; & immensum maiestate esse hodie, quàm erat in sinu patris & ubiq;, antequã temporũ plenitudine adueniente, carni et corpori in uirgine cōcepto uniretur; nec minus ubiq; esse, quia in corpore sit uere solido: nec minus uere totum in corpore esse unione personali certa & uera, qui pro maiestate sua totus ubiq; est, & nusquã nō est. Ubicunq; enim est essentia & ueritate deus Sermo, seu Verbũ, ibi & uirtute & operatione, & potentia plenũ est, nec remorã ullã sentit à corpore, ut & maiestate incōprehensum & uirtute infinitũ non existat. Fœde enim et impie illi senserũt, qui, ut in lib. de Carne Christi Tertull. retulit, carnem nostrã in Christo ad cœlestia translatã, tanq̃ uaginã exempto gladio, sic uacuam sensu, exempto Verbo, sedere donec Christus in eadẽ resumpra, ad iudiciũ esset reuersurus. Iam si adeo claræ non forent hac de re scripturæ sanctæ, neq; quicquam esset tanta cū diligẽtia & claritate ab orthodoxis patribus hac de re proditũ, & in literas relatum: tamen naturaliũ rerũ similitudine nec diuer

D. IOACIMI VADIANI

sa omnino nec pugnante, in primis aũ animorũ
 nostrorũ, in carne & corpore, potentia, uirtute &
 plenitudine hæc ipsa quæ modo tractamus, do-
 ceri & demonstrari potuissent. Quid enim, oro il-
 los, corpusculis nostris in hoc sæculo degentibus,
 aut imbecillius, aut infirmius, aut magis affectũ
 est? Contra, quid animis nostris ægro in corpore
 perinde atq; in carcere (si Platoni credimus) dete-
 tento & clauso, sublimius, solertius, perspicacius?
 Quid iam sublime, remotum, aut abditũ in omni
 natura rerum, ad quod humanus animus nõ ali-
 quousq; pertingat? Nec de animis modo loqui-
 mur ueritate spiritus & Christi cognitione illu-
 minatis, impiorũ magis & Ethnicorũ mentes cõ-
 memeramus, & animi statum in seipso expendi-
 mus, qui tamen in arctissimis fragiliũ membra-
 rũ uenis fibrisq; et meatibus omnino habet ma-
 le, & uanis plurimarũ rerum curis distrahitur, ta-
 men uel sic habitans & latitans, eo est acumine, ea
 industria, ea diuinitate, ut non modo quæ priuata
 sunt & domestica, sed publica etiam & impedia
 grauiãque concipiat, expendat, diiudicet, nec a
 presentibus modo, sed a præteritis etiam et a su-
 turis faciat æstimationẽ, nec minus somno et quie-
 te quàm uigilijs hæc rerũ omnium curam & sol-
 licitudinem obeat. Qui sunt feliciores, in cõlum-
 niam subuehuntur, orbis motus, syderũ magni-
 tudines et certas uices errantiũ corporum contem-
 plantes, ratione adeo certa & constante, & perspe-
 cta, ut euidentiã, ipsa etiam experientia suffrage-
 tur. Ad hæc & elementa omnia, & quam incõ-

limus terram omnem, maria omnia, urbes, popu-
 los, regiones, expeditissima notina intra sese col-
 ligat & componat, ne animalibus quidem, & me-
 tallis & herbis & gemmis præteritis, quin excu-
 rere, rituari, causas perquirere, uim & ingenium
 indagare contendat, deq; his omnibus in literas
 referre et posteris etiam tradere audeat. Postremo,
 rerum omnibus sæculis gestarum seriem, memo-
 riantes nomina infinita & sapientum hominum
 sententia & placita innumera, quo uelit ordine capi-
 at & complectatur. Atq; hæc quidē omnia, in tan-
 ta uirium exilitate, et ut uere dicam, intra hominis
 cranium & cerebellum exiguis interuallis distri-
 ctum positus. Vnde & ad mentem illam summā
 & omnia gubernantem cōtemplatione prouehi-
 tur, æterna dei & diuinitate & potentia deprehen-
 sa. Quod ipsum si non docuisset Apostolus, certe
 ex Academicorum, Peripateticorum & Stoicorū
 monumentis patere potuisset. Hæc omnia, si spi-
 ritus ille sua dumtaxat & corrupta quidē illa natu-
 ra & origine fretus, in corpore mortali tanquā in
 carcere, magna infamia notato assequitur & per-
 ficit: longe maiora et præstāntiora illorū mētes asse-
 quuntur, qui spiritu dei sancto imbuti & donati
 sunt. Quanquā et ipsos in admirabili illa uerita-
 tis cognitione & scientia Apostolus Paulus non
 nisi per speculum & ceu in ænigmate uidere tra-
 dit, quæ olim de facie ad faciē sint uisuri, tamen &
 in corpore et finito quidē, et sua Symetria cōmen-
 surato, uisuros esse de facie ad faciē testat. Quod

si (ut minima maximis & incomparabilibus aliis
 quatenus cōparemus) animus humanus in hoc
 sæculo, et mortali illo in corpusculo degens, finie
 tæ & creatæ substantiæ, nec nisi certi loci notatio
 ne contentus, adeo corporis qualitate & angus
 tia non astringitur, coercetur, impeditur, quin &
 terrestrium et cœlestiū rerum, adeoq; naturæ uni
 uersæ suapte Marte notitiam consequi, & si spiri
 tu dei donatus sit, cœlestia etiā arcana & quæ ne
 mo sine dono & reuelatione accipiat, intueri &
 sentire gustu beatitudinis possit, ut non in corpo
 re solum, sed etiam extra corpus, toto in orbe &
 ipso etiam in cœlo agere & conuersari uideatur.
 Quid de seruatore Iesu dicemus, quam notitiam,
 sublimitatem, perspicuitatem, certitudinē ipsi, iux
 ta animam in corpore agenti neq; extra corpus
 posito, tribuemus? qui non homo solum uerus,
 sed natura etiam deus est, cuius gloria immenso
 interuallo gloriam omnem quæ homini redem
 pro præparata est, uincit & superat. Qui non spi
 ritu adoptionis sanctus, sed unione cum Verbo
 æterno, saluator & sanctificator existit, qui super
 omnes cœlos positus est, ut omnia impleret, qui
 essentia, sublimitate, uirtute, potentia, immensus
 est, qui nusquam non est? Inijciēte illi assumpta
 caro remoram? si, ut humanam assumpsit, ita ean
 dem in gloria retineat? Aut hoc perfectiorē futu
 rum puramus uel diuinitatis statum, uel modum
 gloriæ, si domino in gloria regnanti, corpus etiā
 Solis, quod terræ molē & magnitudinem multis
 partibus

partibus superat, tribuamus? Non arbitror. Quid igitur uano metu discutiamur, nec contenti scripturæ simplicitate, in scyrpo (quod dicitur) nodū quærimus, & carnis resuscitatæ eū in gloria modum flagitamus, quo nec circūscripta sit, inq̄ deū ipsum κατὰ ἀρεθίωσιν translata esse uideri debeat. Quanto igitur satius fuerit, fide scripturæ animū obfirmare, & dominū gloriosum spiritali corpore, sed uero, solido & humano, agere & regnare in cœlestibus, credere, quàm curiositatis ostentandę libidine lasciuieni cogitationi nihil nō indulgere. Non habemus enim ancoram spei nō. 1. Cor. 13. stræ firmiorē quàm carnis resurrectionē in Christo Iesu primogenito ex mortuis: carnis, inquā, de uirgine assumptæ, de stirpe David & Abrahæ semine progeneræ, hoc est, uere humanæ. Hæc enim si reipta ut facta & creata est gloria nō fruatur, profecto ne nostrā quidē in gloria futuram sperabimus.

Postrema autem in subsellia locamus illorum sententiam, qui negant ueritatē carnis & sanguinis per cœnas dominicas erogaram constare, nisi tali iam corpore sit Christus in gloria, ut & incircūscriptū sit & ubiq̄ simul ex æquo adsit. Vbiq̄ enim esse potest Christus etiam si corpore circūscripto est. Neq̄ sic in cœna est corpus Christi uerum ut sensui pareat, etiam si uere adest, tamen ut in mysterio, quod ita reconditum est, ut nullus ipsum sensus sed solus animus intelligat & obseruet. Quanquam ne illi quidem qui esum car-

nis Christi & sanguinis potum sensibilem in cœ-
 nis statuerūt, aliud de corpore ex mortuis resuscita-
 to crediderunt quàm quod in Symbolo ecclesie
 proficitur, in cœlum scilicet ascendisse; sedere ad
 dextram patris, uenturum ad iudicandū, in Chri-
 sto Iesu. Sed hac de re abunde alibi, & ab illis etiā
 disceptatum est. Vale, & boni consule, quod
 tam longis te fatigamus: placuit enim semel in si-
 num tuum effunderē, quicquid eius rei haberem
 in animo. Proinde & Antilogiā quam ad D. Gas-
 sparis Schuenckfeldij argumenta obiter conscri-
 pseram, adiunxi ne non obruereris fastidio. Scot-
 sim enim librum illum, qui Summariū argumen-
 torum inscriptus est, ab amico quodam missum,
 & prius quidē quàm tui redderentur, acceperam
 quem quum legissem, uisum est relegenti, ita re-
 spondere ad argumenta, uti memoriam excerce-
 rem, adeoq; memet colligerem, & accingerem
 etiam ad satisfaciendum amicis, si quid ea dere,
 ut fieri assolet, amplius interrogassent. Cuius rei
 istud operæ fuit pretium, quod & ipse, quantum
 per occupationes datum est, Mutis (ut aiunt) me
 præceptoribus ceu domesticis pædagogis ex-
 ercui, quo & meam fidem horum dignitate & au-
 thoritate redimerē. Misi autē illam hoc libentius,
 quod tum quidē pluscula fusius paulo & simpli-
 cius tractaui, quàm in præsentia darentur. Id factū
 est, non ut docerē, quod & antea sum restatus, sed
 ut de mea te sententia certiozem facerem. Vale
 iterum. Sangalli Calend. Aug. An. M. D. XL.

Sequitur

SEQVITVR ANTI-

LOGIA IOACHIMI VA-

diani ad Gasparis Schuenckfeldij argu-

menta, conscripta: quæ & iisdem nu-

meris quibus ille argumenta sua

distinxit, distinctas responsio-

nes complectitur.



DVM HODIE cōroueritur, Crea-
tura ne sit Christus in gloria nec ne,
neminem puto id loqui aut sentire
de Christo, quatenus Verbum est, &
filius patris unigenitus & æternus, sed eo solo re-
spectu quo esse filius hominis ex semine Dauid
iuxta carnem natus & æditus creditur. Gaspar
enim Schuenckfeldius non sic negat Christum
creaturam esse, uelut cum Arrianis agat, qui Chri-
stum iuxta naturam eiam Verbi, creaturam es-
se, sed alijs præcellentem, nec nisi adoptione
quadam in deum receptum, affirmabant. Ne-
que nos dominum creaturam esse asserimus, ue-
lut Hebionis & Pauli dogma puram creaturam
esse Christum stamentium: aut Arrij, qui, ut iam
est dictum, Verbum in Christo creaturam fa-
ciebat, amentiam ulla parte probemus. Sed in
hoc uno, uelut Statu quodam summa contro-
uersiæ posita est, An Christus iuxta naturam
assumptam, qua uerus hodièq; homo est, & ma-

Status can-
lic.

77 D. VADIANI ANTILOGIA

net in gloria, iuxta eandem naturam assumptam
 uera eum in gloria creatura sit & maneat? Esse
 autem & manere Gaspar negat: impium esse ra-
 tus, si quis hoc ipsum quod substantia & natu-
 ra tantum à deo abest, quantum cœlum à terra di-
 stat, diuinæ in Christo naturæ cōiungere & unire
 pergat. Sic enim deificatā (ut suo uerbo utar) exi-
 stimat humanā naturā in Christo per gloriam, ut
 nomen creaturæ ferre amplius nō possit: subiecta
 enim uanitati est creatura, Roma. s. atq; ea causa
 seruilis etiam eius existit conditio. In Christo aut
 nihil seruile, sed ipse gloriosus & ex mortuis pri-
 mogenitus, super omnē creaturā positus est, ut o-
 mnia pedibus eius subiecta intelligātur. Psal. s.

Nos cōtra, uidētes quō tendat subtilitas, et quid
 periculi secum trahat pugnans illa cum scripturis
 assertio, Dicimus Christum dominum in illa glo-
 riæ sublimitate quā ei tribuit scriptura, ne filium
 quidem hominis uerum recte intelligi posse, nisi
 eundem iuxta carnem & facturam & creaturam
 esse intelligamus.

Ad eam uero rem discutiendam, ne in ambi-
 guis hæreamus, primum omnium necessaria di-
 stinctione utemur: ut quibus de causis & negari
 uel iuxta carnem creatura, dominus, & rursus
 creatura affirmari debeat, palam intelligamus.
 Scriptura enim bifariam Creaturæ nomine uti-
 tur. Alicubi creaturam uocans rem creatam,
 quæ uanitati subiecta est, hoc est, quæ gloriā
 futuram expectat. Alicubi simpliciter eo nomine
 rem

Vfus uoca-
 buli Creatu-
 ra.

rem quæ facta à deo & producta est significans, nullo respectu uel uanitatis, seu imperfectionis, uel gloriæ. Priori modo Creaturæ uoce usus est Apostolus Rom. 8. dum inquit: Etenim sollicita creaturæ expectatio, expectat ut palàm fiant filij Dei. Quippe uanitati creatura subiacet, non uolens, sed propter eum qui subiecit illam sub spe. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura congemiscit simulq; nobiscum parturit usq; ad hoc tempus &c. Quo loco non hominem modo in huius sæculi miseria, tot incommodis iniurijsq; circumuentum, sed reliquam etiam naturam cum gemitu quodam gloriam futuram, qua omnia perfectiorem ad statum pertingent, cupere & expectare docuit Apostolus. Non modo enim homini condolere uidentur quæ hominis gratia creata sunt, donec ipse è seruitute corruptionis & uanitatis liberatus, omni prorsus mortalitatis corruptione exuatur: sed & ipsa met creatura multa ex parte uitata, & iniurijs, hominis culpa irrogatis, uanitati subiecta est, unde & ipsam elegantis & uniuersæ scripturæ usitato Schematismo gemere ob seipsam, & futuram illam restorationem, quæ infirma, corruptaq; & uitiata omnia de medio tollentur, cum gemitu quodam & fastidio operiri testatus est Paulus, de creatura uidelicet gloriàm expectante locutus.

Simpliciter autem accipitur creatura pro re

Creatura
pro re crea-
ta.

D. VADIANI ANTILOGIA

creata, eodem in loco apud Apostolum hijs uer-
 bis in crentem, Nam mihi persuasum habeo,
 quod neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; prin-
 cipatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futu-
 ra, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; ulla crea-
 tura alia poterit nos separare à dilectione dei,
 &c. Omnem enim hic creaturam nullo respectu
 uel infirmitatis uel gloriæ, complexus est, signifi-
 cans nihil esse omnium rerum à deo producta-
 rum, quo separari se passurus sit à dilectione dei.
 Et ad Heb. 4. Neq; est ulla creatura quæ nõ mani-
 festa sit in cõspectu illius &c. Quicquid em̃ crea-
 uit deus, cognitum est deo, neq; filium later quic-
 quam iuxta naturam dei. Hoc igitur modo Crea-
 tura rem significat factam, etiamsi absolutissi-
 me sit gloriosa. Quicquid enim est, uel factum
 est, uel in cõceptum. Si factum est, creatura est: si in-
 ceptum, Deus æternus est. Huius diuisionis extre-
 ma, nullum medium admittunt, & altero qui-
 dem Deus solus, altero corpora etiã gloriosa quæ-
 cunq; continentur. Non enim hoc sensit Apосто-
 lus Rom. 8. quod creaturæ à seruitute corruptio-
 nis liberatæ, amplius creaturæ futuræ non sint,
 sed quod uanitati, hoc est, mutabili & uariante
 per iniurias uicesq; statu amplius futuræ nõ sint.
 Homines enim gloria induti, ijdem erũt substan-
 tia & natura homines qui ante fuerunt: corpori-
 bus quidem antea obnoxijis corruptioni, postea
 autem puris, integris, immortalibus & spiritui
 obsecundantibus. Quod certe prioris epistolę ad
 Corin-

Gloriosa
 corpora
 qualia.

Corinthios 15. ca. latissime explicatur. Erunt qui-
dem beati, ut angeli dei, in luce illa gloriæ. Et si-
cut Sol fulgebunt: sed erunt tamen homines ueri,
uetis solidisq; induti corporibus. Non enim exnen-
tur, quando ab oneribus passionum & afflictio-
num liberabuntur, sed superinduentur, nimirum
gloria de qua diximus, ut absorbeatur mortalitas
à uita. Omnes enim nos transfiguratos &
glorificatos manifestari oportet coram tribunali
Christi, ut reportet unusquisq; ea quæ sunt per
corpus &c. 2. Corinth. 5. Constat ergo augustinus
uocem Creaturæ coartare, quàm eius ferat si-
gnificatio, qui creaturam à sola conditione, quæ
olim tamen auferetur, ac non etiam à substantia
& natura meriuntur. Non enim uox modo serui-
tutis & corruptionis est creatura, sed essentiæ etiã
& substantiæ & conditionis gloriosæ, & uniuersæ
quidem rei quæ facta est, & semper non fuit.
Quicquid enim factum est, siue gloriam suam
expectat, seu gloria sua indutū est, hoc ipso quod
deus nō est, sed opere dei productum & factum
est, Creaturam esse propter originis & essentiæ
qualitatem, necesse est. Proinde illa distinctione
necessaria, ob oculos posita, palàm erit, Christum
Iesum in gloriam receptum, creaturam iuxta car-
nem non esse, eo modo quo de creatura Rom. 8.
loquitur Apostolus, sed ueram esse creaturam re-
spectu corporis assumpti: quod quia factum est
ex muliere, & quod incepit, & ante Mariam non
fuit, sed eius in utero formatum est, cerio creaturæ

D. VADIANI ANTILOGIA

ra est. Non enim creatorem assumpsit creator, sed creaturam induere dignatus est: quæ quia corruptionem non uidit, incorrupta cælesti gloria induta est. Hoc ipsum si nauseat ratio, nec æquofert animo curiositas, nihil est mirandum, cum in maximis & solidissimis sp̄i nostræ documentis rationi cum spiritu fidei non conueniat. Sed certum tamen est & indubitatum, credenti, quod uerbum æternum, deus uerus, per quod omnia facta sunt, in hunc mundum se demisit, & caro factum est. Quod filius Dei uir Iesus Christus, hominis filius factus est, ex semine Dauid, ex muliere uirgine, sub lege actus.

Creaturæ
uocabulum
quare illis
ingratū sit.

Latere quidem sub nomine Creaturæ, nescio quid uenient purant, qui Gasparem sequuntur, tum quod mutabile, & infra deum positum, & essentia sua, opere illo sex dierum de nihilo productum, uel ex ijs quæ tum inceperunt, conflatum, tum etiam exile, humile, seruale, creaturæ uoce significetur: & si caro Christi creatura dicatur, carnem eius ceu carnem peccati lege naturæ, & non operante spiritu sancto prognatam uideri, & si duret in gloria, non posse non detrahere gloriæ, arguantur. Nos sanè uidemus hoc magis in carnem nostram destinatum fuisse uerbum æternum, quo magis redemptionis mysterium Sacramento illo incarnationis, per formam illam seruilem, infirmitati, dolori, anxietati, iniuriæ ignominiaq; & omnino passionibus & mortalitati subiecta perageretur. His enim modis & medijs

dijs Agnum illum immaculatum, tractum iri ad
 uictimam Propheticae Scripturae admonuere. Et
 quia haec omnia, quibus illi creaturae conditio-
 nem sic extenuant & auersant, & ceu probro-
 sam abijciunt, in carne Christi sancta & immacu-
 lata ita cōtigerunt, ut per omnia similem tactum
 fratribus scriptura demonstret, hoc maiori fide
 creaturae statum & passibilem antea & iam glo-
 riosum in Christo agnoscimus, quo hic certius
 in carne humana & nostrae carni per omnia, pec-
 caro secluso, simili, non phantastice aut putatiue,
 sed uere & cum fructu redemptionis nostrae no-
 uissimus uirorū, doloribus afflictus, mortuus, &
 suscitatus, gloriae & honore coronatus est. Non
 est enim passus nisi in carne facta; nec est corona-
 tus, nisi in eadem a morte & putrefactione uindi-
 cata. Actorum 2. & 13. Et uocem igitur & signifi-
 cationem Creaturae uolentes amplectimur, Chri-
 stoque ipsam plena cum fiducia tribuimus. Cerri-
 quod sicut illi mirabilitas & corruptionis infir-
 mitas, non nisi iuxta naturam factam, & in tem-
 pore assumptam obrigit: ita gloria illi exaltatio-
 nis, iuxta eam maxime naturam qua humiliatus,
 & paululum infra Angelos diminutus est, obti-
 gerit. Porro, cum uanitatē omnem gloria diluat,
 Apostolo testante, non uanitas erit sed gloria,
 quod creatura glorificata hoc ipsum quod est,
 quod habet, quod possidet, Deo suo acceptum re-
 fert. Alioqui & uanitatem condidisset deus, dum
 creaturam cōdidit: qui gloriam tamen suā in his

77 D. VADIANI ANTILOGIA

omnibus quæ ualde bona sunt, ostendit. Proinde seruire non erit in statu illo gloriæ, ita deum omnibus præferri, ut hic solus omnia sit in omnibus futurus. Nam & filius iuxta naturam, quam cum corpore, quod est ecclesia, communem habet, patri subicietur. Et hoc ipso statu erit gloriæ firmitas, quod quæ ex deo sunt, omnia debent deo, ut omnium auctori, agnoscent. Facessant igitur seruilia, ubi dilectionis & plenitudinis obsequio omnia sunt gloriosa. Erabsit nota uanitatis à regno illo cælestium bonorum, quæ oculus non uidit & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit dominus diligenti-
genibus se.

Esa. 64.
1. Cor. 2.

Colligit
Christum
in gloria
esse creatu-
ram.

Quando igitur Christus, uniuersa scriptura attestante, in ea persona qua passus & mortuus est, à deo excitatus & à corruptela asserus est, & in carne assumpta in cælos translatus est, tam similis hominis in gloria, quam filius dei, & utraq; in natura futurum iudicium perfecturus est, corpora nostra corpori gloriæ suæ conformia facturus, ut ubi ille est, ibi & nos simus. Constare putato, quod in initio diximus, non cognosci posse pietate & recte in gloria Iesum Christum, nisi & uerus filius hominis, hoc est iuxta carnem ex muliere factus, intelligatur: factum autem nemo intelliget, nisi ab authore quo operante factura constituitur, creatum esse colligat. Consequitur ergo eundem in gloria iuxta naturam qua factura est, etiam creaturam esse. Quod si nullo alio nomine donare id nobis

nobis Gaspar uelit, certe uel hoc ipso donabit, quod Christū in gloria, & ipse corporeum agnoscat, carne, ossibus, sanguine, anima, facie et uultu, constantem: quæ ipsa de muliere & in tempore quidem assumpta, si nihil uanitatis habent in gloria, nihil certe uanitatis reliquum erit creaturæ appellationi, dum post gloriæ regenerationem, illi substantiæ in Christo tribuitur, quæ sine omni duratione creaturæ nomine censetur. Cur enim nomini tribueremus, quod rei demimus? Cum uanitas non nominis (quod & Stoici recte indicunt) sed rei æstimationi debeatur. Arbitramur autem neminem esse sane iudicantem, qui carnem, ossa, sanguinem, animam, uultum, faciem, nihil aliud, alterius rei ullius quàm creaturæ nomine complecti, aut uelit aut possit.

Nec est ulla causa cur ita sentiat, Gaspar, ob scripturæ quædam testimonia quæ ab eo citantur, cum nec probent quod ipse opinatur, nec oppugnent quæ nos affirmamus. Nam quod Christum naturalem facit filium dei, perinde aliquid, atque si utriusque naturæ causa, naturalem esse dei filium statui oporteat, facile reijcitur. Neque enim est qui ignoret Christum iuxta naturam quæ deus uerus est, natura filium dei & ab æterno quidem genitum, affirmari, cum nos non natura, sed gratia & adoptione in numerum filiorum dei recepti simus, Rom. s. Iuxta naturam autem quam assumpsit, licet spiritu operante, noue concepta, adeoque noua merito creatura dici queat:

Quod Christus naturalis dei filius est non efficit illū non esse creaturam.

D. VADIANI ANTILOGIA

tamen quia ex homine homo factus est, natura
 etiã filius hominis dicitur & creditur, ipso etiam
 domino sapicule filium sese hominis esse testan
 te. Quanquam autem creaturæ ad creatorem nul
 la, ut uulgo etiã dicitur, comparatio est, tantumq̃
 abesse inuicem & distare quãtum cœlum à terra
 distat, recte à Gaspare dictum sit: tamen hoc ipso
 q̃d diuersissima esse demonstratur, quæ in unum
 & indissolubilem Christum incarnationis sacra
 mento coierunt, non eluitur uelut impossibilis
 assumptio illa qua anima & corpus æterno uer
 bo coniuncta sunt, sed ut possibilis declaratur, ut
 diuersissimis è naturis una persona cõstituerit. Ani
 ma hominis, substantia, uirtute, conditione, à cor
 pore humano longe maxime distat, & tamen è
 naturis tam diuersis unus & indiuiduus homo
 cõstituitur. Certe ipse apostolus Paulus, hac ipsa
 de re & gratiam dei nostri & magnitudinem mi
 sericordiæ eius erga nos demonstrat & commen
 dat, quod filium suum æternum, æqualem patri,
 sic demiserit in carnem nostram, ut hic & humi
 lem se & obedientem fecerit usq̃ ad mortem. Phi
 lipp. 2. Sic enim deus dilexit mundum, ut filium
 suum unigenitum dederit. Ioan. 3. Dedit autem,
 quia summam in humilitatem demisit, ea natu
 ra assumpta, qua & frater noster & cohæres fa
 ctus est. Et in gloria regnans hoc retinet resuscita
 tionis elogium, ut primogenitus inter multos fra
 tres appelletur, Rom. 8. Nam quod à Gaspare lo
 cus ille Psal. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui
 te, &c.

te &c. ad renascentiam illam exuræ mortalitatis Christi, quæ in resurrectione facta est referat, sicut sanè à Paulo Act. 13. & Heb. 1. relatum esse uideamus, & sic referendum Diuus etiam Hilarius docet, non hoc euincit, ceu facturam illam in uirgine assumptâ, Dominus à mortuis excitatus exuerit, & sic extra omnem creaturæ conditionem positus sit, ut frater noster esse desierit: sed hoc tantû, quod per gloriam statum mutarit, ut qui ante doloribus mortis & infirmitati obnoxius fuisset, regeneratione illa in nouum prorsus hominem ab omni mortalitatis infirmitate defecatum abierit. Primogenitus uidelicet nouæ creaturæ iuxta carnem, in qua post diem iudicij, & ipse in ordine corporum gloriosorum primitias tenebit, 1. Cor. 15. Genuit igitur filium pater cœlestis, quum excitatum à mortuis, gloria exaltauit in carne, qua uisus est diebus multis, quaq; ipsum ante in passionem & mortem humiliarat, ut non ablatam facturam carnis in Christo, sed sic in gloriâ translatam esse intelligamus, ut reuersura amplius non sit ad corruptionem, Act. 13.

Mirum autem cur illud Ioannis torquere in nos conatus fuerit: Qui negat filium, negat & Patrem. Quasi filium negent, qui Christum facturæ assumptæ substantiam in gloria nō exuisse affirmant. Cum negent potius, qui ueram & factam in ipso carnem non agnoscunt. Verum Ioanni, filium negant, qui uel deum esse uerum negant Christum: quod suo sæculo faciebant Cerinthus

1. Ioan 2.
Qui negent
filium.

D. VADIANI ANTILOGIA

& Hebion: uel in carne nostra uenisse inficiantur, quod postea Valentinus & Marion docuerunt, & hodie faciunt qui uel carnem ei nostram non concedunt, uel iustitiam Christi quam pro peccato in carne sua consummavit, ignorantes, suam in operibus positam & iustitiæ Christi aduersantē iactant & uenditant: quibus quia filius filij loco nō habetur, ne pater quidem qui filium misit, agnoscit. Hoc em̄ agit Ioānes, ut sui sic filiū cognoscant & uereantur, ut in eo solo summā & redemptionis & reconciliationis suæ statuunt.

II.

SECUNDO argumento negat Gaspar, ad uitam cognosci Christum posse aut omnino uitam æternam esse, si creaturam esse & loco ullo circumscribi, aut contineri posse credamus. Quibus uerbis, quale Christo glorioso tribuat corpus, quæq; fide recipiendum sit quod ali bi tali corpore indutum esse dominū gloriosum, agnoscit, quod & ossa & carnem, & animam & sanguinem habeat, facilius intelliget pius Lector, quàm ego uerbis assequar.

Christus uerus deus & homo.

Nos uero contra affirmamus Christū Iesum una indissolubili persona naturas duas completentem, cognosci ad uitam nō posse, nisi ut deus uerus cognoscit, ita et homo in tempore factus, atque ideo iuxta carnē creatus intelligatur. Christus em̄ ipse Io. 3. Sicut, inquit, Moses exaltauit serpente in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, ut omnis qui credit in eum, nō pereat, sed habeat uitam æternā &c. Omnis igitur qui credit in Chri

stum crucifixum, nō ut dei modo filiū, sed etiam hominis filium, uitam habet æternā. Quomodo uere credet hominis filium Christū, qui non modo factum ex homine, sed simpliciter factum negat? Porro factū negat, qui negat creaturam. Antea enim demonstrauius substantiā, quæ sic facta est ut ante nō fuerit, non posse creaturæ nomine nō contineri. Locabile aut & definitæ Symmetriæ sit ne corpus Christi an minus, non admodū attinet ad eam q̄ ad uitā pertinet cognitionē. Recte^p eius meminit qui de corpis disputat ueritate.

At Paulus in Epi. ad Ro. de Christi cognitione ad salutem faciente, nō uult uel ex alto ad ima deduci Christū, aut ex mortuis reduci, sed uerbū fidei de Christo, hoc est, ipsius Christi & confessionem & cognitionē uitæ salutarē absolute ad hūc modum complectitur, Si cōfessus fueris ore tuo dñm Iesum, & credideris in corde tuo q̄d deus illum excitauit ex mortuis, saluus eris &c. Nō sunt enim uita æterna, summū, mediū, imum, hic aut illic: sed sunt, Iesus Christus hodie & heri idem manens in sæcula. Præsertim si deus pacis, qui reduxit à mortuis pastore ouium illū magnū, per sanguinem testamēti æterni dñm nostrū Iesum Christum, absolutos nos reddat in omni opere bono ad faciendā uoluntatem ipsius, ut q̄d agimus, acceptum sit in cōspectu suo per Iesum Christū: sic idem Apost. Heb. 13. admonuit. Siue enim circumscriptæ, siue incircumscriptæ naturæ dominus est in gloria, non hoc magis minus ue uita æternæ

Rom. 10.
Quæ Christi
fidei cognitio
ad salutem
faciat.

est cognoscentibus se, sed inde uita pender, unde & fides, uidelicet quod filius æternus à Patre missus in hunc mundum, in uirgine est incarnatus, quod passus, mortuus & resuscitatus, & in gloria receptus creditur. Tunc autem recte Christum apprehendit fides, quum & spiritu, seruator & deus, & carne etiam redemptor & mediator intelligitur. Nec enim latronem seruasset in cruce Dominus merus homo & mera creatura creditus, agnouit enim hominem summa in angustia & ignominia positum, latro: sed quoniam & illud percepit mente, quod ab oculis erat remotum, Deum scilicet esse Christum, promissionem accepit uitæ & paradisi sempiternæ. Porro & Thomæ tangenti, & eo sensu, Christum excitatum esse comperienti, non admodum profuisset cognitio, nisi & deum in Christo confessus fuisset, quâdo dixit, Dominus meus & deus meus. Eundem ad modum & alij Apostoli, cum nihil dubitarent uerum hominem esse Christum cui mater & fratres essent, tamen hoc ipso summam fidei suæ compleuerunt, quod filium esse dei uiui confessi sunt. Proinde Ioannes in Euangelio suo uitam quæ cognitioni deberur, ad hunc modum expressit loquente domino: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quæ misisti Iesum Christum, &c. In Christi enim nomine non tam diuinæ quàm humanæ naturæ factæ & assumptæ euidentiâ exprimitur. Vnde illud Hilarij lib. 9, de Trinitate celebratur: Solum patrem

patrem inutiliter credimus ad salutem, nisi credamus & quem misit, Iesum Christum. Et eodem in libro: Nescit planè uitam suam, nescit, qui Iesum Christum, ut uerum deum ita & uerum hominem ignorat. Et eiusdem periculi res est Christum deum, uel spiritum deum, uel carnem nostri corporis denegare. Quod si ad uitam non cognoscitur dominus, nisi etiam caro eius ex uirgine, cognoscatur: consequitur profecto & creaturæ nomine intelligi eundem, dum scriptura carnem Christi tanta cum adseueratione & factam, & humana de stirpe progenitam atq; ea causâ creatam esse demonstrat.

De corpore autem Christi in cœlestia sublato, ad eum modum ac simplicem quidem scriptura pronuntiat, ut nec symmetriam ei humanæ carnis, in neruos, uenas, carnē, ossa, sanguinem, distinctæ, adimat, neq; qualitatem ei propriam subuertat. Multis enim diebus à resurrectione, non modo uisus, sed etiam tactus & palpatus est ex mortuis resuscitatus dominus. Quin & naturæ suæ iuxta carnem proprietatem, esu & potu demonstrauit, & hæsitantibus discipulis incredulitatem opprobrauit, nominatim Thoma appellato, Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati qui non uiderunt & crediderunt. Interim quoq; iisdem nescio quid de spiritu & spectro suspicantibus, nec spiritum se nec spectrū esse, hoc ipso est testatus quod ossa gereret, & carne esset indutus. Somniauit quidem Origenes, hoc ad tēpus suis præstitisse dñm

Quomodo
scriptura lo-
quatur de
corpore
Christi glo-
rioso.

D. VADIANI ANTILOGIA

ne omnino phantasma putaret: sed fœde lapsum Hieronymus indicat. Nec aduertit enim quantum ignominia, Christo qui ueritas & uita est, simulatio in cōtestatione tam serua tribuatur, quantum cū fidei iactura & subuersione, postulatū ab Apostolis fuisset, ut solido corpe suo à sepulchro suscitatum dñm crederent, qui non solido tamē, sed ita spiritali transferit in gloriam, ut nec loco finiri, nec symmetria ulla corporea claudi, aut circūscribi possit. Quicquid solidū est, finibile & locale existit. Christi igitur corpus suscitātū, quum solidum & sua in natura incorruptum, Prophetiæ etiam scripturæ doceant, locum certe non habebit Origenis suspitio, soliditatem illam aditē opinantis. Quid enim aliud affirmauit Martion, tot modis ab ecclesia reiectus & damnatus? At uerissima erit eius opinio, si quod non fuit, Dominus, credēdum inculcauit, quod autem uere fuit, hoc ipsum cœlauit discipulos.

Christus
carne in cœ-
los ascēdit,

uentissimus & uicinus Apostolorū ætati, scriptor Irenæus Episcopus, tradit Ecclesias suorum temporū, articulū Symboli, Ascēdit ad cœlos &c. ita pronunciaſſe, ut carnis mentionē adijcerent, et carne in cœlos ascendisse confiterentur. Iam tum enim errores suos sparſerant Hæretici, qui carnis resurrectionem negabant. Rufinus quoq; in expositione Symboli, idem affirmans, hoc amplius docet articulum illum, Credo carnis resurrectionem &c. non simpliciter in Symbolo proferri ab Ecclē

Ecclesia solitum, sed adiecto pronomine demonstratio, Huius carnis resurrectionem fuisse assertam. Quod ideo factum est, ne non heretici repellentur, qui ad solam animarum resurrectionem inrenti, partim etiam Origenica subtilitate persuasi, nullo loco carnis gloriam dignabantur. In quos Hieronymus uehementer inuehitur. Nec diuersum sentit Ambrosius, & ipse alioqui Origenici ingenij admirator. Augustinus ita corporis naturam in Christo caelesti propugnat, ut & locabile esse, licet certum ad locum defixum non sit, & sua natura finitum limitatumque non obscure definiat. Corpus enim humanum quod nusquam non esse dicitur, neque fide neque ratione, corpus esse intelligi potest. Non opponere autem Gaspari Doctores orthodoxos, qui & homines fuere, & in multis sunt lapsi, suaque ipsorum sententia sine iudicio legi non debent, nisi uiderem hoc idem quod ipsi sentiunt in scripturis tum Prophetis, tum etiam Apostolicis contineri.

Utique autem solido uel naturali humano corpore Christus in gloria exeat, uere tamen & pie dicitur, eum ipsum in caelos receptum, & ubique esse, nec loco ullo ita contineri, ut in alio non sit, quod sanctos illos doctores minime laetit. Cur uero ista recte dicantur, neque cum his quae ante asseruimus, pugnent, nemo qui sacras literas uel a limine saluauit, non intelligit. Tribuit etenim ipsa scriptura saepe aliquid Christo toti, quod toti quidem uere conuenit,

Christus
ubique quomodo

60 D. VADIANI ANTILOGIA

ceterum ut conueniat non nisi de alterius naturę proprietate deducitur. Neq; sunt ullę locutiones in Apostolicis literis magis figuratę, quęm quę Christum nobis ex naturarum diuersitate, unam personam constituentium, proponunt & deliniant. Figurata autem & Tropis interspersa non eo sensu accipi possunt, qui prima fronte obuius est: sed eo debent intelligi, quem exacta scripturarum collatione sanum germanumq; esse constiterit.

Quod in fine à Gaspare asseritur, uel animalem hominē capere, & cognoscere Christum posse, si creatura sit &c. Non recipimus, cum ne hominem quidem ex uirgine natum esse, capiat ratio, nedum ut deum esse, qui in uirgine adoleuit, recipiat & credat. Enimuero Christus dum creatura esse agnoscitur, nō hoc modo nomine intelligitur, quia uerus homo est, sed illo etiā quod noua creatura est, & quod de uirgine natus est, quod ea parte assumptę naturę mortuus, quod exiatus, quod in cęlos sublatus est. Quare non apprehēdit quisquam dominum, nisi utrunq; in Christo quod factum, quodq; infectum est, aperte perspiciat. Id non præstabit homo animalis, sed spiritualis, tractus à deo, & à deo doctus. Stat enim sententia Apostoli inconcussa, Animalem hominem non capere posse ea quę sunt spiritus dei, prima Corinthiorum secundo. Cognitio igitur Christi uera, & uera in ipso Creatura, non nisi fide & spiritu obtinebitur. Nec enim potest

potest quisquam dicere Dominū Iesum, nisi per
spiritum sanctum, 1. Cor. 12.

III.

TERTIO argumento planè negat rectam
esse fidē cuiusquā in Iesum Christū posse
si creatura sit Christus. At idē, arbitror, nō
negabit Christum in sæculo agentem, uertem
& maledictionem factum, nouissimum uitorū,
& ut percuteretur traditum, omne genus iniurijs
ignominijsq; expositum, demum infami crucis
supplicio extinctum, creaturam fuisse, seruilem
etiam & obnoxiam uanitati. Negabit igitur ullā
fidem in Christum Iesum, nondum gloriosum,
rectam fuisse. Ne Centurionis quidem, quam exi-
mie tamen prædicauit dominus: aut latronis, cui
credenti paradysus donata est: aut Magdalenaë, pe-
des Christi osculanti, cui dictum est, Fides tua sal-
uam te fecit, &c. Sed creaturā tum fuisse si negat,
negabit idem, Christum tum uere in eō infirmita-
tis, mutationis & corruptionis habitu fuisse, in
quo eum futurum prophetaë, fuisse autem aposto-
li restati sunt. Putatiuēne ille pro nobis obediens
factus usq; ad mortem? Absit ut hoc cogitemus.
Quid cogitamus igitur de substātia ab illo assup-
pta, in qua ad passionem & mortem uenit, quod
re ipsa non fuerit creatura? Age uero uocabulum
demamus Creaturaë, & Facturaë uocem substitua-
mus. Non negabit, credo, facturam fuisse Chri-
stum, quem factum esse iuxta carnem nemo nisi

Fides recta
in Christū
tameñ crea-
tura sit.

Christum
fuisse
creaturam
non negat

D. VADIANI ANTILOG.

planè impius negauerit. Factura igitur illa, Christus homo uerus, in sæculo omnibus illis incommodis quorum meminimus, obnoxius fuit, quibus creatura, Gaspare definiente, obnoxia est, igitur & creatura fuit. Non uideo enim palàm negari à Gaspare, fuisse creaturam Christum, sed iam nunc in ipsa gloria esse negari. Si ergo creatura fuit ante gloriam & recte in illū, ad uitam etiam & salutem, credendum est: manifestum est, substantiæ uel carnis eius conditionem non obstare in Christo uel glorioso quo minus recta sit in ipsum fides, etiam si creatura sit ab omni iam infirmitate & imbecillitate asserta. Nihil autem opus fuisset secundi argumenti positione, cum ex hoc tertio sequatur, scilicet ne ad uitam quidem cognosci posse Christum creaturam, si nulla sit in creaturam recta fides, &c.

Verum haud ignarus quam late pateat fidei materia, discernere illa uoluit, et cognitionem Christi ad uitam, quam paucis scripturam complectitur, ab ampliore illa fidei ratione seiungere, & sic inferre: Non modo non cognosci ad uitam Christum si creatura esse putetur, sed ne fidem quidem ullam rectam esse in Christum & sanam posse, si creatura sit Christus. Quare & ipse fidei rationem hoc loco ex scripturis paulo amplius aperiam, ut constare inde certius possit, tantum abesse, ut in Christo domino creaturæ confessionem sanæ fidei obstare dicamus, ut ne recta quidem esse fides nostra in deum possit, nisi creaturæ cognitione compleatur. Damus autem Gaspari libenter, nullam creaturam puram aut seorsum

Digreditur
& differit
de ratione
rectæ fidei.

fim consideratam obiectum esse fidei. Donum enim dei est fides, quæ nisi & illum præcipue apprehendat, à quo luminis illius est donum, recta fides non est. Et iam uulgo notum est, ne dei quidem quamlibet cognitionem fidem esse. Nam & Iudæi magna fiducia in deum sunt, dominum illum omnium & misericordem quidem confitentes, qui salutem genti suæ sit daturus. Et Turcæ deum unum, solum, & uerum, sed & misericordem agnoscunt: sed fidem tamen rectam non habent, quia ueram illam misericordiam incarnatione filij dei mundo exhibitam, non recipiunt, nec agnoscunt. Sanè Fidem & ipse Apostolus ad Hebræos scribens, pro Fiducia accepit in deum certa cum spe æternorum bonorum coniuncta: sed huius tamen ducem & consummationem facit Iesum Christum, Hebr. 12. Illum, inquit, Christum qui & patribus in figura ostensus, & nobis in corpore & ueritate exhibitus, & ad remunerationem missus est. Non erit ergo ulla recta in deum fides, nisi per Christum, per quæ solum ad deum accedimus, & in quo solo remunerator deus intelligitur. Hoc enim modo accedentem credere oportet, ut ait Paulus, non modo quod deus sit, sed etiam quod remunerator sit quærentibus se, Heb. 11. In genere autem fides aliud esse non uideretur, quam donum illud dei per spiritum sanctum, quo sic ad deum accedimus, ut quicquid uerbo suo promittit, docet aut loquitur, sine ulla hæsitacione recipiamus. Nititur enim uerbo fides, nec quolibet, sed

Nulla recta
 in deum fides
 nisi per
 Christum.

Fides quid?

D. VADIANI ANTILOGIA

Solo uerbo dei: cui qui credunt & acquiescunt, iusti sunt, hoc est, accepti deo, & in semine etiam promissionis benedicti. Vnde illud Gen. 15. quod in Epistola ad Romanos exposuit Apostolus: Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Credidit, inquit Moses, quia factum est ad Abrahamum uerbum dei, allocutus est Abrahamum deus. Non est enim fides sine uerbo uel expresso uel reuelato, quo de uoluntate dei certificamur. Vnde illud Christi Ioan. 5. Amen amen dico uobis, qui sermonem meum audit, & **CRE-
DIT** ei qui misit me, habet uitam æternam. Hoc uerbum audiuit Adam, audiuit Abraham, audiuit uere patres, audiuit prophetae, audiuit Israel: deum audiuerunt & gentes in orbe uniuerso. Nec enim seruati sunt usquam aut unquam credentes, nisi qui per uerbum crediderunt deo.

De uerbo
dei cui cre-
ditur.

Hoc uerbum & in literas relatum, & scriptura proditum est, per prophetas quidem instrumento ueteri, per apostolos autem instrumeto nouo. Ac uetus quidem, uerbum habet umbris figurisque inuolatum: Nouum autem, uerbum in lumine, gratia & ueritatis plenum. In ueteri, Christus designatus est, suo die uenturus, ac sic etiam a patribus cognitus: In nouo præstitus in carne, redemptione consummata. Igitur qui deo in lumine per uerbum eius credimus, simul & scripturam uerbi, certa fide complectimur, & fide eadem quicquid in scriptura traditum est, recipimus. Hanc ipsam & ueram esse oportet, sicut & unus est fidei spiritus: qui

qui ut sibi ipsi aduersus non est, ita nec scriptura pugnare secum illa parte poterit. Dissensio igitur omnis quæ circa scripturam exoritur, ut certum iudicium erroris præfert, ita non scripturæ, sed humanæ ignorantia aut impietati perperam interpretanti tribuenda est. Possunt enim & illæ perperam intelligi humanis opinionibus uitiatæ, & in interpretando periculum est: neq; ulla à parte magis sollicita sunt satanæ studia, quam ut impijs dogmatibus fidem, adulterata per ecclesias interpretatione, conciliet. Proinde artium diaboli probe gnarus Apostolus ecclesias hortatur, ut ante omnia spiritus unitatem per unicum pacis unicum seruare studeant, Ephes. 4. Et in principio Epistolæ prioris ad Corinthios: Obsecro, inquit, uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idem loquamini omnes, & non sint inter uos dissidia, sed sitis integrum corpus, eadem mente, eadem sententia, &c. Nec sine causa tantopere est in Apostolicis ecclesijs omnibus uigilatum, ne repente enatis erroribus diu locus concederetur, ne turbare spiritum & simplicium animis offensione mora nocere possent. Et scite est à Diuo Hilario dictum, Ambigi non posse. quin extra fidem sit quicquid extra fidem unam est. Extra fidem igitur nequit esse quod certa scripturarum fide defenditur: certam autem uoco, quam spiritus exhibet ueritatis, hoc ipso in primis à spiritu illo erroris diuersus, quod spiritus Christi non nisi dei gloriam cum cura & salute proximi coniunctam ue-

stigar & quærit. Cum ille contra, ambitione, auaritia, gloria, supinitate, intractabilitate, ultione, tyrannide, & rerum duntaxat priuatarum amore immodico & carnali, incensus & inflâmatu, omnia uitiet, coinquinet, adulteret, quodq; de scripturis trahit, sic inuertat sensu & torqueat, ut quod reipsa oppugnat scriptura, id ipsum fucolito, tueri & propugnare uideatur. Spiritus fidei in domini uerbo non aliud quàm uitam & salutem quærit. Nam & uitæ uerbū dicitur, Phil. 2. Non enim in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egreditur de ore dñi, Deut. 8. Et Petrus uerbum dei uocat quo renascimur, 1. Pet. 1. Paulus, Verbum ueritatis & uirtutis, 2. Corint. 6. Sermonem ueracem, Colof. 1. Verissime autem uerbum Christi, Colof. 3. Et uerbum salutis, Act. 23. Item, Sermonem indubitatum, Tit. 3. Quæ quidem omnia illò pertinent, ut intelligamus ecclesiam Christi, quæ per fidem in uerbo solo domini uitam habet, haud temere ulli alij uel fidem debere, uel conscientiam uel subiectionem. Doctrina enim scripturæ non est hominis, sed dei solius, Ioan. 7. Christus, Doctrina mea nō est mea, sed eius qui misit me. Petrus quoq; 2. Pet. 1. de scriptura prophetica, quæ & ueteris instrumenti dicitur, sic loquitur: Omnis prophetica scriptura non est priuatae interpretationis. Non enim uoluntate hominis allata est olim propheta, sed à spiritu sancto impulsi locuti sunt sancti dei homines. De Apostolica autem sic Paulus 1. Theff. 2. Grati

Math. 4.
Luc. 4.

tias agimus deo indefinenter, quod cum acceperitis sermonem à nobis quo deum disceratis, accepistis non sermonem hominū, sed, sicut erat uere, sermonē dei, qui et AGIT in uobis credentibus.

Inde igitur caussa manat, quod ecclesia solam atq; unicam fidei suæ quæ in Christum est, basim & regulam habet scripturā sanctā. Non haberet enim si ab homine, & non à deo per filium eius unigenitum Christū Iesum esset reuelata. Solam quidem, quia oues uocem pastoris sui nouerunt, & alienam non sequuntur, Ioan. 10. Vnicam autem, quia doctrinā diuersam, ad eò respuit & auersatur fides Christi, ut ne legem quidē dei in mandatis firam, sed abrogatam, ferat, Act. 15. nedū ut hominem audiat de suo afferentem, quod uel illi uel huic rectum uideretur, Gal. 1. Colos. 2. Notum est illud Deut. 12. Quod præcipio tibi, hoc tantū facito domino, nec addas quicquam nec minuas. Et illud Esa. 29. à Christo citatum Matthæi 23. Frustra me colunt docentes doctrinas, præcepta hominum. Docent autem quidam contra scripturam, ut hæretici. Quidam et præter scripturam, ut hypocritæ, qui posthabita dei iustitia, aut certe sic æstimata quæ per sese non sufficiat, propria & à seipsis excogitata ceu potiore & absolutiore iustitia nituntur: atq; hoc furo, quo uel maxime religiosi uideri cupiūt, à regno dei excluduntur, Rom. 20. Proinde Christus cæcos uocat eos, & cæcorum duces, ut qui, nec intrent, nec alios intrare sinant: quales hodie sunt sectarij Monastici

Ecclesia fl.
dei suæ basim
habet
scripturam.

D. VADIANI ANTILOG.

& anilium ceremoniarum magistri et præcones,
 quorū orbis plenus est. Horū omniū conatus &
 studia Christus traducit et dānat, negās ullā plan-
 tationem frugiferā futuram præter eam quā plan-
 tarit Pater suus cœlestis. Id genus doctrinas Pau-
 lus anathemate ferit, Gal. 1. & doctrinas appellat
 dæmoniorū, 1. Tim. 4. Ecclesia autē quæ (ut ait A-
 postolus) colūna & stabilimentū est ueritatis, Re-
 gula illa scripturis nitente, non solum ad doctri-
 nam & institutionē, sed etiā ad disciplinā iudiciū,
 et redargutionē uitur. Valet enim ad correctionē
 & redargutionem scriptura, sicut 2. Tim. 3. docet
 Apostolus. Iudicio quidē de sana doctrina & dia-
 uersa cognoscitur, discrimine adhibito, ut quod
 sanū, rectū, & genuinū est, probetur: iuxta illud,
 Oīa probate, quod bonū est tenete. Cōtra, Quod
 diuersum ab ijs, reiiciatur. Apostolus enim ut ser-
 re nequit caupones illos qui uerbo dei ad suū cō-
 modum abutuntur, & ut Petrus ait, De nobis ne-
 gotiantur: ita longe minus tolerat, qui suam sapi-
 entiam diuinæ & reuelatæ, tanquā ad uitā facien-
 tem, admiscunt, in primis traducens Philosophiā
 Paganismi, & fermentū pharisæorū, quæ mentes
 incautas inslant & præcipiāt. Fides enim nostra
 nō est in sapientia hominū sita, sed in potētia dei,
 1. Cor. 2. neq; hominū cōstitutionibus & elemen-
 tis, sed Christo uno nititur, Col. 2. Sapientia enim
 mundi huius, stultitia est apud deū, 1. Cor. 3. Pro-
 inde & episcopū talem esse iubet idē Paulus, qui
 tenax sit eius qui secundū doctrinā est, fidelis ser-
 monis,

monis, ut potens sit & exhortari per doctrinam
 SANAM & contradicentes conuincere: nempe
 inflatos operū fiducia, intractabiles, uaniloquos,
 seu, ut Tertull. eos uocat, λεπτολόγους subtililo-
 quos, mentium seductores, quorū ora obturan-
 da sunt, qui totas domos subuertunt, docentes
 quæ non oportet turpis lucri gratia, ad Tit. 1. Ni-
 hil minus enim hodie habemus fastuosas quasdā
 simias angelicā religionē simulantes, quā habuit
 Pauli ætas fratres falsos ex circūcisione, qui quæ-
 situm, pietatem esse existimabant. Regula igitur
 illa, qua discernimus, probamus, instituimus, re-
 darguimus, scientiam habeat, oportet. Quæ qui-
 dem alia non est quàm cognitio ueritatis & uo-
 luntatis diuinæ per Christum, illis ipsis in scriptu-
 ris tradita nobis & relicta. Hanc autem parit ex-
 ercitatio, spiritus fidei in uerbo dei, iuxta illud
 Christi, Ioan. 5. Scrutamini scripturas, &c. Et illæ
 sunt quæ testificantur de me, &c. Ea re & Paulus
 Timotheum in sermonibus fidei enutritum, quo
 sese ad pietatem exerceat, adhortatur, longe hanc
 corporali exercitationi, quam plenis uentribus
 monachi nostri simulant, præferens. Inter alia au-
 tem de lectione, exhortatione & doctrina locu-
 tus, Hæc, inquit, exerce, in his esto, ut tuus profe-
 ctus manifestus sit omnibus, 1. Timoth. 4. Exerci-
 tatione igitur scripturæ & uerbi dei cōsequimur,
 ut sciamus, quid deo in omni functione et actio-
 ne debeamus, iuxta illud Petri, 1. Pet. 3. Viri simili-
 ter cohabitent secundū scientiā, &c. Præterea quæ

Regula di-
 scernendi
 & proban-
 di.

D. VADIANI ANTILOG.

à Christo donata sint nobis, iuxta illud Pauli 1.
 Cor. 2. Nos non spiritum mundi accepimus, sed
 spiritum qui est ex deo, ut sciamus quæ à Christo
 donata sint nobis. Hæc eadē & nouitia dicitur det
 per Christum. Gratias enim agit Apostolus deo,
 2 Cor. 2. quod odorē nouitiæ suæ manifestet per
 ipsum omni loco. Vocatur autē Regula ab ipso
 Paulo, in altera ad Cor. 10. cap. & ad Galat. 6. &
 Philip 3. Auamen, inquit, ad id quod assecuti su-
 mus, eadem procedamus regula, ut simus concor-
 de, &c. Vocatur & cognitio, Petro precāre, ut gra-
 tia nobis augeatur in cognitione *ἐπιγνωσθε* dei
 & Iesu domini nostri sic, ut eius diuina uirtus om-
 nia nobis largita est, quæ ad ueram & pietatē per-
 tinent, 2 Per. 1. Dicitur & intellectus 2. Tim. 2. Deo
 tibi dominus intellectū in oībus. Orat & Paulus
 pro ecclesijs frequēter, ut deus domini nostri Iesu
 Christi pater gloriæ det ipsis spiritū sapientiæ &
 reuelatiōis per agnitiōē sui, ut impleantur agni-
 tione uolūtatis eius in omni sapientiā & pruden-
 tia spirituali, &c. Pro Philippensibus quoq;, Illud,
 inquit, oro ut charitas uestra adhuc magis ac ma-
 gis exuberet in agnitione & intelligentia. Cogni-
 tio autem illa non ex æquo omnibus, sed mensu-
 ra & portione distribuitur, Rom. 12. & Ephes. 4.
 Unicuiq; nostrum, inquit Apostolus, data est gra-
 tia iuxta mensurā donationis Christi. Disparilia
 enim sunt dona in ecclesia Christi per spiritum il-
 lum sanctū, qui soli Christo sine mēsurā obigit.

Quant

Quamquam autem omni credenti certa est ad
 salutem concessa cognitio, tamē supra citatis scri- Orandum
pro cogita
tione que
habet aug
menta.
 pturæ testimonijs abunde instruemur, sine inter-
 missione orandum esse, ut donata nobis cog-
 nitione indies magis ac magis impleamur. Clama-
 runt enim & apostoli Luc. 17. Domine adauge
 nobis fidem. Et ille à spiritu uexatus, ad dominū
 Marci 9. Succurre incredulitati meæ. Nisi enim
 magis ac magis cognitionē illam in credentibus
 dono gratiæ proficere cōstaret, profecto neq; ab
 infantia ætas adulta, nec ab adulta uirilis ætas fi-
 dei, ut harū scriptura meminit, differret, frustra q;
 incrementa illa æratum gradibus distantijsq; de-
 scripta ab apostolis fuissent. Frustra quoq; suos
 ad stadium & cursum inhortatus fuisset Paulus.
 Nec locum amplius haberet in ecclesia reuelatio,
 quam ille tamen perpetuam ecclesijs relinquit, 1.
 Corinth. 14. Ex parte enim cognoscimus, & ex
 parte propheramus. Unde ne seipsum quidem
 adeo perfectum ostendit ecclesijs sublimis ille
 Gentium doctor, quin insequatur ut apprehen-
 dat, certa cum spe indispēdi & apprehendendi,
 Philipp. 3. Hæc dicuntur, non quasi non sit cer-
 tissima scientia fidei, sed quod ob altitudinē diui-
 narum sapienæ & cognitionis dei, maior perfe-
 ctiorq; esse possit cognitio fidei, quæ ad illā acce-
 dit, qua de facie ad faciē cernemus & inuebimur. Pueritiam
fidei habet
ecclesia.

Habet igitur ecclesia pueritiam fidei, habet æ-
 tatem adultam, habet uirilem & pronectam. Et
 lacte quidē nutrit & cibo solido. Sunt equidem

83 D. VADIANI ANTILOG.

& infirmi fide & ignorantia nonnulla perplexi, quibus item illa solet ex charitate mederi. Lacte nutrit infantes Apostolus, ut etiamdū imbecilles et carnales: cibo solidiori adultos, firmos, spirituales. Inter perfectos autem sapientiam loquitur, 1. Cor. 2. et 3. Ephes. 4. Habet elementa eloquiorum dei, & item doctrinam solidam, Hebr. 5. & 6. cap. Quædam etiam ecclesia præscribit incipientibus, quædam adultis in fide longius explicat. Catechumenis enim ueteres orationem non nisi dominicam & symbolum fidei proponebant ediscendum. Quod & nos in instituenda infantia assolumus. Infirmis autem uel errore detentis ira parcit, ut ne scientia quidē in ipsorum casum abutatur. De qua re Apostolus modum præscripsit suo magis quàm nostro sæculo accommodum, Rom. 14. & 1. Cor. 8. & 9. ca. Illo sæculo quotidie ad Christum accedebant, ex circumcisis qui legem uel abrogatam magno æstimabant, nec parum pietatis auitis illis patrum riibus tribuebant. Ferebantur igitur, & cedebat eis scientia & libertas, quo firmiores facti ultro errorem ponerent, & inoffensi ad lucrum fidei & numerum fidelium Christi adducerentur. Nostra ætas raros uidet à Iudaismo conuersos ad Christum: nisi Iudæis conferre libet, qui fidei libertate & scientia reiecta, uestium cultu dierumq; & ciborum discrimine sic ecclesias dementarunt, ut nec abesse à legis cultu, utcumq; reclamante scriptura, nec cessuri in retam leui, ne dicam impia, doctrinæ apostolicæ discrimina illa palam

palam dānati, ulla parte uideantur. Quibus sanē & ipsis debet charitas ne irritetur, modo spes esse ulla lucri possit, & infirmos potius quā obstinaces & præfractos esse constiterit. Hortatur enim nos Apostolus, ne simus imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas domini, Ephes. 5.

Porro duplex erat illo tempore infirmitas: altera à cibus, ut diximus, & plerisque alijs quibus assueuerant ex circumcisione conuersi: altera ab idolothytis, quæ à Paganismo ad Christum uenientibus ardebat. Vtrinq; nocebat offensio de scientia profecta, si uel uentis quis præsentem Iudæo, uel idolothytis uesci perrexisset. Peccabant autē edentes infirmi, quoniam scientia destituti, cum conscientia peccati uescerentur. Quicquid enim ex fide, hoc est, scientia fidei, scientia & intellectu liciti nõ agitur, peccatum est, Rom. 14. Et damnant semet ipsos qui quod ueritū esse nec licere putant, conscientia reclamante peccant. Ea causa factum est, ut Apostolus 1. Cor. 9. Scientiam dixerit inflare, charitatem autem ædificare. Non quod mala, aut non dei donum, fidei scientia, sed quod & scientia, ut alijs optimis rebus, contingat abuti, nec sine peccato, si ponē charitatem non habeat, quæ frenum imponat libertati, quæq; imbecilles recipiat & foueat, & ad lucrum referuet. Infirmi autem uideri possunt, qui quamlibet erronea religionis persuasionem detenti, nondum satis serena conscientia de ueritate edocti & instructi sunt, & tamen doctrinam non detrectant. Quales erant

Duplex
infirmitas.

D. VADIANI ANTILOGIA

Reijcietes
verbū dei,

quos
autem

Scientia
dei certa est
& indubita
ta notitia.

qui per baptismum Christo incorporati, labes
quasdam errorū ac uelut neuos uel de Iudaismo,
uel de Paganismo traxerant, non nisi diuina fi-
dei doctrina emendabiles. Etenim qui palam re-
ijciunt uerbum domini sanū, & aures obtrunt
ne audiant scientiam, non infirmi, sed desperati
sunt & impij. Quorum uicem dolere quidem
charitate flagitare possumus, ut Apostolus illorū
uicem dolebat, qui nomē Christo cum dedissent,
impieramen uidebant, Philipp. 3. Idem & anathe-
ma cupiebat fieri pro fratribus, quo scientia & ze-
lo dei iuxta fidem et spiritum donarentur: uerum
adeo non proficit, quin simul & faciat, non o-
mnes qui sunt Israel, reuera Israel esse, Roma. 9.
Salomonis sententia est, Impius ignorat scien-
tiam, imò uero ne optat quidem: quare detestan-
da in impio, non fouenda est. Sicut & Paulus,
quanquam & ipse iuxta carnem Iudæus arden-
tissima esset in Iudæos Christo lucrificandos cha-
ritate, tamē abrogatæ legis eorum iustitiam ubi-
que ut aduersam & inimicam euangelio gratiæ
Christi summa libertate oppugnat. Et nostra æta-
te Monachismi iustitias, ueterē illum Pharisæismū
longe deterrimo exemplo referentes, doctrina Fi-
dei traducere & oppugnare non cessat. Referre
isthæc uel cum fastidio uisum est, ne non diuitias
illas scientiæ fidei quas tanto iure possidet eccle-
sia, obiter & in transcurso (quoniam in Fidei tra-
stationem incidimus) commendaremus.
Certa autem & indubitata notitia cum sit fi-
des

des fidei scientia, obiter taxanda est quorumquæ
 impietas, qui reuelationis illius causa & origine
 non sat s expensa, Eidem infra scientiam & su-
 pra opinionem locant, ac ceu mediam faciunt,
 quæ incertior scientia, certior autem vulgi sensu
 & opinione existat. Sed deferentiu uidelicet erat
 Aristoteli, ut cuius placita ex Maximis & per se
 nouis deducta, certiora esse scripturæ promissio-
 nibus & donis dei possent. Quanto rectius Apo-
 stolus, qui fidei scientiam, quam & certam per-
 suasionem uocat, longe præfert omni probabi-
 litati philosophiæ, Coloss. secundo. Non potest
 enim certior esse nouitia rationis qualibuscunq;
 principijs deducta, quam nouitia spiritus firmata
 in uerbo dei, quo nihil firmitus, nihil solidius, ni-
 hil certius est. Nisi enim eum ad modum haberet
 fides, incassum eam Apostolus *πληροπορίαμ*,
 hoc est, indubitatam certitudinem uocasset, Hebr.
 10. Deus enim scientiaru omniu dñs ù sit, sicut 1.
 Reg. 2. legimus, rã certa est in oibus ijs quæ locu-
 tus est, fide, ut cœlũ & terra transitura sint, uerba
 eius transitura nõ sint, nec sit iota unum de lege
 sua casurum, Fide igitur non opinamur, sed scie-
 mus, 1. Corinth. 2. Et purum non mundi accipi-
 mus, sed spiritum qui est ex deo, ut sciamus quæ a
 Christo donata sint nobis, Job 19. Scio q. redēptor
 meus uiuit, & in nouissimo die de terra resurre-
 cturus sim, Ose. 6. Viuemus in cõspe. tu eius: scie-
 mus, sequemurq; ut cognoscam⁹ dominũ. Sic &
 apud Ioan. sepe: ut, Scimus nouissimũ tēpus esse,

Matth. 24.

Luc. 13.

Math. 5.

Fide scis

mus non op

pinamur.

Scimus quod de morte translati sumus ad uitam
 &c. Quia igitur sciētia fidei notitia est uoluntatis
 dei per filiū suum Christū reuelata: Voluntas autē
 eius uerbo Christi deprehēditur, in scripturis re-
 lato: facile parere poterit quāta sit scripturę digni-
 tas, quāq; de causa ne ecclesia quidē, quæ corpus
 est Christi, quicquā iuris in scripturā habeat. Non
 habent enim membra ecclesiæ ius ullū in capite
 suum Iesum Christum, sed subdita sunt capiti, &
 ut oues mites haud ullam audiunt aliā uocem
 quā Pastoris, cui parent & obediūt. Nec est pri-
 uatæ interpretationis scriptura, ut ante ē Perro do-
 cuimus, sed ē spiritu sancto est. Nec mortua litera
 & membrana, sed uiuo solidoq; sensu cōstat, qui
 certa decretaq; uoluntas est dei Ioan. 7. Nisi enim
 à deo esset, ut re ipsa est & dicitur uerbum dei, nō
 potuisset ab Apostolo uerbum uitæ uocari, Phil.
 2. Ut certum sit errare & labi hodie multos, qui di-
 cto quodam Augustini perperam usurpato, eccle-
 siam ceu conditricem faciunt scripturarum. Cer-
 tum etiam insanire illos qui Romanum episco-
 pum præferunt scripturæ, hominem uidelicet
 deo, & seruum domino. Neque enim condidit,
 neq; ut uera & indubitata sit scriptura, ecclesia ef-
 fecit: sed quia conditam esse auctore spiritu san-
 cto, diuinamq; hoc est, certam, & inuolabili ue-
 ritate nitentem, comperijt: Ideo eam accepit ab ip-
 so Christo et ministris eius apostolis perperua suc-
 cessione in omnes ecclesias traductam, et summa
 olim reuerentia & obseruatione custoditā. Quo-
 modo

Ecclesia nō
 condidit,
 neque uerā
 efficit scri-
 pturam.

modo autem non reciperet Ecclesia? quæ ipsa, uerbo dei condita, & super petram Christum fundamentum suum & lapidem preciosum ædificata est? Deme scripturam ecclesiæ, & ecclesiam sustulisti. Subijce scripturam arbitrio hominum etiam sanctissimorum, & scripturam sustulisti. Pollini uero illi & similagini, fermentum doctrinæ hominum in statorem admisce, & scripturam adulterasti, nec diuinam ut erat reliquisti, sed effecisti humanam, hoc est, ut Apostolus tradit, uaniloquam & fabulosam. Logi enim & fabulæ sunt, doctrinæ hominum, in uitæ, fidei & salutis tractatione, cum diuinis coniunctæ. Math. 23. Col. 2. Et uerbum est, non dei, sed hominum, quod hominum arbitrio administratur. Proinde & Apostolus tamen si spiritu scientiæ fidei ita prædius fuit, ut & spiritum Christi habere se, & mentem eius tenere professus sit, tamen tanto cum discrimine illa in quibus domini sui præceptionem non habet, à disertis Christi præceptionibus diuidit & separatur, ut ea quæ Christo sunt inuiolata esse in Ecclesijs iubeat, nec admitti diuersum sinat: quæ uero sua sunt, etiã si salutaria sunt, & spiritu authore in medium allata, sic tamen relinquit libera, ut nominatim interim testetur, nemini se in ijs, in quibus præceptum non habet, laqueum iniecturum: quin monet & horratur, ne serui fiant hominum quæ precioso sanguine Christi sunt liberati, 1. Cor. 7. Quod si uocatis Apostolis adeo nõ licuit quicquam sibi iuris, aut potestatis in uerbum domini

1. Cor. 2. 88

7. 3. 33

44. 27. 110

D. VADIANI ANTILOGIA

sumere & uendicare, ut sua etiam quantacumque scientiæ certitudine prolata in medio relinquere-
rent, & domini uerbo subicerent: longe minus ecclesis uultis uel Apostolicis licebit quod ipsis (quos iuris sui habet auctores) Apostolis non licuit, qui & ipsi in his quæ ad deum, hoc est fidem & salutem quæ in cognitione dei est, pertinebant, uerbum non hominis, sed dei per Christum, in literas retulerunt. Clarissime enim Paulus Rom. 15. Habeo, inquit, quod glorier per Christum Iesum, in his quæ ad deum pertinent. Non enim ausim loqui quicquam eorum quæ non effecit Christus per me in obedientiam gentium, **VERBO** uel **FACTO**, per potentiam signorum & prodigiorum, per potentiam spiritus dei &c.

Collige h.
de ueritate
dinem.

Hic est igitur Ecclesiæ thesaurus sacrosanctus, hæc eximia consolatio fidei in omnibus fidelibus Christi, hæc celsitudo & firmitas cognitionis eorum quæ uitæ sunt & salutis, quod scriptura omnis, Regula omnium actionum nostrarum, & spei ancora certa, non ab homine, nec in hominis manu, sed à deo & in dei manu posita, per filium eius uiuum Iesum, dispensante spiritu dei sancto ecclesiæ suæ sanctæ tradita & relicta est. Quod quæ certo nouit, & tenet ecclesia, ideo & scripturam sic est synceriter uenerata, ut nihil interim admitteret, nihil probarit, nihil imitandum statuerit, quod Apostolicæ doctrinæ notam certam non præferret. Et hoc est, quod dixit Augustinus, Non credere Euangelio nisi crederem ecclesiæ. Sciebat enim hoc solum uerum, germanum & genuinum esse Christi Euangeli-

ti Euangelium, quod ecclesia ab Apostolis acce-
 pisset, Apostoli Christo dicente excepissent. Scie-
 bar & huic rei prouisum, ecclesiae uigilantia fuit,
 ut ne quid scripturae nomine admitteretur, quod non
 tam scripturae certam non gereret. Quare & nos
 in Symbolo fide profiteremur, Credere nos Ecce-
 siam sanctam, Catholicam & Apostolicam: San-
 ctorum omnium communione & participatio-
 ne constantem, quae Prophetiis & Apostoli-
 cis scripturis sacrosanctis regitur & administrat-
 tur. Prophetica enim, hoc est, ueteris instru-
 menti & Iudaici Canonis scripturam, Christus
 ipse suam fecit, quando dixit, Ioan. 5. Scrutamini
 scripturas, quia uos uidemini uobis in ipsis uitam
 aeternam habere, & illae sunt quae testificantur de me,
 nec uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Et eodem
 in loco: Si, inquit dominus, credidissetis Moysi, credidissetis
 utique mihi, de me enim ille scripsit &c. Hoc ipso
 enim quod dixit, Scrutamini scripturas, Prophetica in-
 telligit, Apostolica enim primum post dominum
 in caelos receptum ab ipsis Apostolis conscripta,
 & ecclesiae Christi relicta est. Et de Fide quidem
 & regula fidei Scriptura, haec tenet.

Nunc ut eo unde fidei causa explicandae di-
 gressi sumus, reuertamur, dicimus, Fidem illam qua
 ad Deum accedimus, quaeque scripturam sanctam
 omnem, & quae in scriptura prodita sunt, recipi-
 mus & credimus, non modo ad deum creatorem,
 sed ipsam etiam creaturam & opera dei, omnia
 pertingere. Siquidem natura fidei est, dispensatio
 dei uniuersa quae in scripturis sanctis continetur.

Fides etiam
 ad creaturam
 pertingit.

D. VADIANI ANTILOG.

Maiestas enim dei, quæ creatione longe maxime emicuit, haud satis plene intelligitur, nisi & creaturæ ratio simul intelligatur. Recte enim in Symbolo positum est: Credo in deum Patrem, omnipotentem, creatorem cœli & terræ &c. Credo igitur, & fide qua ad deum accessi teneo, cœlum, terram, & omnia quæ sunt in eis & ex eis, secundum scripturam, creaturam esse, solum deum increatum esse. Quomodo ex fide sensit Apostolus Hebr. 11. quando scripsit, Per fidem intelligimus perfecta fuisse sæcula uerbo dei, ut ex his quæ nõ apparebant, ea quæ uidentur fierent. Toto enim illo capite, nõ aliud agit magis Apostolus, quam ut doceat, nihil recte fieri, recipi, constitui, in religione Christi, nisi certa in Deum fide fiat, recipiatur, constituatur. Hac enim sola placemus deo, sola quæ (si ad finem usque perseverauerimus) gloriam cœlestis consummationis in resurrectione cum sanctis omnibus accipiemus. Ex eadem fide est, ut hominem factum & creatum esse non hæsitamus, & quia Christus homo factus est, & carnem in terris assumpsit, fasciis ligatus, & in præsepe positus, quam ipsam naturam, & in gloria nõ destituit, uel ea ipsa de re ad fidem attinere constabit, ut Christum iuxta naturam qua Apostolo restante ex muliere factura est, creaturam etiam esse quia factus est, recipiamus. Duobus enim & se iunctis quidem articulis effertur in Symbolo fides in deum, & fides in Christum: alius enim deus est Pater, alius filius Christus, alius spiritus Sanctus,

tus, unde & de hoc seorsim, credere nos in spiritum sanctum testamur. Christus autem nō alius modo à Patre, quia filius æternus, sed etiam quia homo uerus, in uerbo æterno & homine Christus unus. In uerbo quidem, simplex, sine initio, sine fine, incorporeus, inuisibilis, immutabilis, ineffabilis, infinitus: In homine quem assumpsit, iniuriam habens, compositus, corporeus, finitus. Ex his autem unus, indiuisus & sempiternus dominus. In illū igitur humili loco et humilibus natum parentibus, in illum nudis pedibus & nudo capite ambulantem, in illum iniurijs infirmitatis expositum, passibilem & mortalem recte & sancte, ut in Seruatorem mūdi creditum est: in quem iam nunc ex mortuis rediuiuum, & in cœlos sublatum Mariæ filium recte creditur. Fides enim Christi obiectum habet Christum dominum hominem etiam, uerum: non tam gloriosum nunc & super omnia exaltatum, quàm antea humilem, diminutum, derelictum & traditum à Patre qui percuteretur, Esa. 54. Viuus em̄ & mortuus, ni fallor, creditur Christus, & in eum natum, passum, mortuum & rediuiuum nostræ spei fiducia protenditur. Et eadem est fides in Christum quæ & in deum, & Christū quidem crucifixum, quæ & latronem seruauit, & filij gloriam multorum cordibus ingessit. Nam & Apostolus, Nos, inquit, prædicamus Christum crucifixum, 1. Cor. 1. & Galatis scribens, nō gloriatur nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, Galat. 6. A cruce autem

Fides Christi obiectū
 habet Christum dominum.

D. VADIANI ANTILOG.

quanta humilitas, infirmitas, mutabilitas, quanta
 subiectionis (ut Apostoli uerbo utar) uanitas: Sed
 predicatur tamen ille cruci affixus, & in affixum
 cruci creditur. Ab hac enim triumphus & exci-
 tatus dominus ea maxime natura qua mori po-
 tuit, gloriæ etiam & exaltationis particeps factus
 est, & hæres constitutus omnium, cuius iuxta na-
 turam dei, antea omnia erant, quod Apostoli, Pe-
 trus & Paulus, teste Luca Actorum 2. & 13. lausi-
 me prosequuti sunt. Hæc autem quum hunc ad
 modum habeant, infirmum erit argumentum,
 Gasparis, arbitrantis fidem in Christum rectam
 non esse, si creatura esse intelligatur, quia solus
 deus obiectum sit fidei. Cum palam constet re-
 ctam non esse, nisi Christum iuxta hominem as-
 sumptum, hominem ex carne & anima uitali ue-
 rum, & in tempore quidem factum & factum ex
 muliere, recipiat & credat. Ante enim ostensum
 est, & ad creaturam fidei notitiam perungere. Et
 in dominum etiamnum mortalem & exinani-
 tum, ad uitam & salutem esse credendum. Ioannes
 enim mortalem ipsum demonstrans, Ecce, dixit,
 Agnus ille dei qui tollit peccata mundi &c. Et
 uox Patris: Hic est filius meus dilectus &c. ipsum
 audire. Ipse Christus: Venite ad me omnes qui la-
 boratis, & ego reficiam uos, Math. 11. Quorum
 nullum locum haberet cum ueritate, si fides in do-
 minum Iesum ea causa, quod mori & mutabili-
 tati obnoxius erat, recta & sancta esse non po-
 tuisset. Recta autem fuit & iustitiam etiam con-
 tulit

tulit, simul enim & hominem intuita est, & in ho-
mine deum. Scite enim Hieronymus Commen-
tarijs in epistolam ad Ephe'os, Non puremus, in-
quit, in Ecclesia simplicem esse fidem, sed multi-
plicem & multifariam esse sapientiam, ut non so-
lum uaria sit, sed multa etiam uarietate distincta.
Respicias cunas Christi? uide pariter & cœcū Va-
gientem in præsepi intrueris infantem, sed ange-
los simul auscultata laudantes. Herodes persequi-
tur, sed adorant Magi. Ignorant Pharisei, sed stel-
la demonstrat. Bapuzatur à seruo, sed uox dei de-
super intonans auditur. Aquis mergitur, sed co-
lumba descendit, imò spiritus in columba. Ad
passionem uenit, & pati timet, uult transire cali-
cem, & Petrū qui calicem timebat, accusat. Quid
hac stultitia prudennius, uarietate distinctius, sa-
pientia obturcius? quam fecit Deus in domino
nostro Iesu Christo. Hæc Hieron. Satis indicans
fidem in Christum, & in humilitatis, & gloriæ, uī
tæq; & mortis respectu locum habere, tamq;
ad eam crucis stultitiam pertinere, quàm pertinere
ad eandem gloriæ sublimitas. Imò tam dirigi ad
naturam assumptam, summa quidem in infirmā
tate positam, quàm iam nunc ad eandem in Chri-
sto cum Patre regnante dirigitur.

IIII.

CHRIſTUS (ait Gaspar) natura etiam hu-
mana caput ecclesiæ factus, caput esse non
posset, si simul & Creatura esset, longe mi-

nus rex & sacerdos ille æternus secundum homi-
 nem factus. Præterea sapientia à Deo, iustitia, san-
 ctificatio, redemptio &c. quæ singula tamen &
 uniuersa scripturæ illi tribuunt. Pugnat autem ta-
 lem esse Christum in gloria & simul creaturam
 esse. Proinde non modo caput, sed & regem &
 seruatorem esse negant dominum nostrum, qui
 ex Deo & domino suo seruientem creaturam sa-
 ciunt. Quin etiam, inquit, omni prorsus gloria
 exuunt & spoliant, ut taceam, quod si creatura fo-
 rer, nec regere populum suum, nec adesse illi pos-
 set &c. Ego contra, cum scripturis sanctis & in-
 terpretibus eius orthodoxis, sentio, & credo Chri-
 stum, uel hoc ipso quod & Rex & Sacerdos, &
 Caput corporis sui quod ecclesia est, dicitur, iuxta
 facturam carnis suæ in uirgine assumptam, uel
 in gloria Creaturam manere & durare, in qua ue-
 ritatem substantiæ quæ in tempore facta, & uer-
 bo unita est, non exiit, sed superinduit, à morte
 & resurrectione Primitiæ factus dormientium
 & primogenitus ex multis fratribus, adhuc & hæ-
 res gloriæ, & cohæres noster. Nec dubito, quin
 Christum & regno & gloria spoliare, & spe nos
 falsa lactare pergant, qui domino eam ipsam sub-
 stantiam, genere & natura carnem, in gloria non
 concedunt, quam & nos de primis parentibus de-
 ductam gloriæ illi cœlesti inferemus. Pugnant
 enim Christum dicere, uerum esse, & è mortuis
 excitatum & sublimem assumptum in cœlos ho-
 minem, & simul eundem carne, ossibus, sanguine,

ne, anima & corpore constantē, hac ipsa de causa, quia certo factura est de muliere, non etiam Creaturam agnoscere.

Creaturæ autem uoce quid intelligamus, & quam necesse sit Christum iuxta substantiam factam, & in ferne assumptam creaturam dici, non attinet repetere, quum ad primum argumentum abunde satis, ut arbitror, id ipsum explicarim. De suo autem addit Gaspar, & corporibus glorificationis ignominiam illam, & ceu notam infirmitatis inurit, quia quia creata sint & finitæ longeq; diuersæ à diuina natura substantiæ, idcirco & seruilia esse & uanitari etiam subiecta futura in gloria, uero simile uideri debeat. Reclamat enim Apostolus, & negat uanitatem ullam duraturam in gloria, quippe qui illam non nisi expectationi corruptionis & uanitatis conditionē coniungat. Certum autem sit corpora nostra glorificata sub genere & nomine Creaturæ mansura, ut & in immortalitate, & immarcescibili beatitudine cœlesti, eadem sint substantia & natura, quæ in mortalitate, infirmitate & uanitate fuerunt. Exuerunt autem ignominia, & in cœlestibus neq; matrimonium contrahetur, neq; elocabitur, sed erunt beati, sicut angeli dei. Matth. 22. Fulgebunt enim iusti sicut sol, in regno patris sui. Matth. 13. Nulla igitur in beatis ignominia, nulla uanitas. Longe minus in Christo iuxta corpus, quod conforme ramentum erit corporibus nostris in gloria, Philipp. 3. Nam & Ioannes, similes nos ei futuros, nimirum

Nulla in
beatis uanitas.

D. VADIANI ANTILOGIA

iuxta carnis naturam gloriosæ, tradidit, 1. Ioan. 3.
Et palam Apostolus in ordine corporum glorio-
forum Ecclesiæ Christi, corpus Iesu primo loco
statuit, utpote primogeniti ex multis fratribus, 1.
Corinth. 15. Primitiæ Christus, deinde ij qui sunt
Christi &c. Hoc ipsum enim non alia uirtute ex-
citatum, & ex mortuis æterna gloria induit con-
stat, quàm qua & nostra corpora mortalia excita-
buntur, Rom. 8.

Seruile non
est quod
creatura fi-
nitate seiun-
gitur à crea-
tore.

Offendit autem sine caussa Gasparem natu-
ræ nostræ finita limitatio, si eadem naturæ infini-
tæ in gloria unita intelligatur. Nō aduertit enim
aut certe dissimulat, hoc quod nos de corporis
Christi gloriosi soliditate adducimus, scripturam
sacram & ueteres interpretes orthodoxos ma-
gno cōsensu confiteri. Nec seruile enim & igno-
miniosum esse putandum est, quod finitate sibi
propria ab infinitate dei, quæ soli deo propria est,
creatura seiungitur: quin magis gloria est & dei
& creaturæ, ut & deus solus infinitus, & creatu-
ra omnis finitæ essentis, & hoc modo infra deum
positæ intelligatur. Quemadmodum & Christus
iuxta carnem se Patre inferiorem esse confessus
est. Ad corpus autem Christi quod attinet, curio-
sum magis quàm pium fuerit, corporis conditio-
nem diuinæ naturæ æquare pergere, & in carnis
substantia naturæ proprietatem non confiteri:
præsertim, quod nihil refert maiestatis, semel cum
carne nostra unitæ, parua ne an magna, finita
an immensa, circumscripta an incircumscri-
pta

pta sit, corporis assumpti substantia; cum scriptura tetestur, nec paruitate corpusculi, impediri ipsam, nec magnitudine promoueri, diuinæ naturæ plenitudinem, quam ne crucis quidem ignominia adeo remorata est, quin & in cruce, absoluta, immensa, omnipotens, & in se ipsa æterna sua gloria destituta non fuerit. Memorabilia autem sunt uerba Christi in cœlestia ascensuri, Contrectate me & uidere, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere, Lucæ ultimo.

Negabat Origenes eo habitu carnis & symmetriæ membrorum resurrectura esse corpora humana, quo uitam mortalem egissent, Philoscas interim uocitans, qui sic essent opinati. Negabat igitur & Christi corpus ea symmetria excitatum qua sepulchrum fuisset. Et quia corpus animale, scriptura teste, spiritale futurum est, sic æstimabat corpora gloriæ, ut & carne posita in naturam omnino spiritalem essent abitura. Sic enim tradidisse eum in libris suis quos $\pi\lambda\iota\sigma\tau\omega\sigma\mu$, hoc est de Principijs, inscripsit, Diuus Hieronymus auctor est. Ego uero, ut nolim Gasparem Origenici erroris suspicione grauare: ita sanè causam non uideo, cur naturæ humanæ substantiam carne (ut & ipse fateur) ossibus, sanguine, constantem, sua in Christo proprietate exuere, quodq; naturæ diuinæ solius est, humanæ etiam commune facere, pergat? Cum nemo tamen, cui paulò est familiarior sacrarum

Errores
Origenis.

D. VADIANI ANTILOG.

literarum cognitio, nesciat Christum dominum etiam si solido corpore est, nihil minus tamen ubique esse, in cœlo, in terra esse, TOTVM, hoc est unitate Personali duabus è naturis constan- tem, sed & in cordibus habitare credendum, in medio suorum uersari, nec deesse ipsum unquam Ecclesiæ suæ quam regit, fouet, & tue- tur.

Solidū cor-
pus habuit
dominus à
morte resu-
scitatus.

Nec me fugit, esse iam nunc quosdam Ga-
sparis sectatores, qui in huius controuersæ di-
sceptatione Misosarcas agant, & ad Origenis opi-
nionem uehementer respiciant, fortasse nō Chri-
sto soli, sed & nobis carnem daturi, quam gloria
futura absorbeat & consumat, tanquam ad fun-
ctiōnem cœlestium munerum inuilem. Non ui-
deo autem quomodo ueram Christo in gloria
carnem tribuant, qui carnis Idiomate & proprie-
tate corpus domini gloriosum priuant & spo-
liant. Apostolus enim solidum corpus Christo
resuscitato tribuens, ad Corinthios, Tradidi, in-
quit, uobis in primis quod & acceperam, Quod
Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris se-
cundum scripturas, & quod sepultus sit, & quod
resurrexit tercio die secundum scripturas, & quod
VISVS sit Cephæ, deinde duodecim illis: postea
uisus est plusquam quingenis fratribus simul,
ex quibus plures manent in hunc usq; diem. De-
inde uisus est Iacobo: Post, Apostolis omnibus:
Postremo nero omnium uelut aborriuo uisus
est & mihi &c. Hæc de homine Christo dicun-
tur,

tur, ut etiam in cœlos receptus est. Ita enim abiisse cum scriptura demonstrat, Actorum 1. Quomodo autem non finito, aut non circumscripto corpore est Christus, si solido est corpore? quomodo autem non creatura, quod facturam esse tradit scriptura? Quomodo corporis creati quod est Ecclesia, caro ex carne eius, & ossa ex ossibus eius, si capitis Christi caro natura cum carne nostra, & ossa ipsa natura cum ossibus nostris, non communicant? cum fratrem tamē nostrum Christum esse, scriptura doceat. Quomodo ergo Creaturæ frater Christus iuxta carnem, quæ creatura non sit? & cum negari nullo modo possit, quin Factura sit homo in uirgine assumptus, ea religione nos teneri, ut facturā, creaturā esse dicere neias sit, cum nomina tantum diuersa sint, idem tamen per omnia significantia, & res una atque eadem sit, in Christo, quam his uoculis significamus. Carnem enim factam, aut, ut rectius dicamus, Christum iuxta carnem in Virgine factam, quæ in ipso glorioso manet, creaturam esse dicimus: neq; alia de causa uoce illa utimur, quàm, ut substantiam illam & naturam in Iesu domino, Rege, Capite, Pontifice, & Mediatore nostro manentem, & illas functiones in cœlestibus præcipue iuxta carnis assumptæ ueritatem gerentem, non fuisse semper, sed suo tempore, factam & in hominem formatam, fuisse, doceamus. Nec scriptura est ulla quæ hoc ipsum quod factum est, quod passum & sepulcrum est,

D. VADIANI ANTILOG.

quod excitatum, & in cœlos subuectum est in uno solido & uero homine Christo Iesu, uel deum factum, & aliam in naturam translatum, uel Deo per gloriam adæquatam esse credere iubet. Quin contrarium ut sentiamus, & credamus inhortatur. Habemus enim illic Pontificem qui SENSU infirmitatum nostrarum afficitur, tentatum per omnia iuxta similitudinem, absq; peccato, Hebræorum quarto, Ipse quoque dominus Psalmo tertio: Ego, inquit, dormiui, & somnum cepi, & exsurrexi, quoniam dominus suscepit me &c. Me inquam suscepit, illū ipsum qui dormiui, & exsurrexi: quod secundo capite Acto. & 13. euidentissime explicari supra quoq; ostensum est.

Sentētia res-
c̄ta de cor-
poribus glo-
riosis.

Miltiarij.

Origenici.

Medius igitur nobis, ut pie est ab Hieronymo dictum, tenendus est trames in corporum gloriosorum æstimatione, ne uel spiritalia magis efficiamus quàm corporum admittit soliditas & ueritas, ne ue sic carnalia statuamus, ut planè non spiritalia, sed animalia esse etiam in gloria possint uideri. Fuisse autem tradit magnos uiros ex Græcis & Latinis, qui ad auream illam, sed terrestrem tamen Hierosolymam conuersi, de regno sæculi, nescio quo, post resurrectionem futuro pollicebantur, talia nobis corpora relinquentes, quæ & regno illo frui terrenisq; desiderijs capi, & delectari possent. Contra alij, sic de statu corporum gloriosorum sentiebant, ut ipsis corporea natura distracta subuersaq; nihil à spiritu diuersum

uersum tribuerent. Illi igitur qui carnis erant, solas (ut inquit Hieronymus) carnes diligebant: isti, ingrati beneficiorum Dei, habere detrectabant quod Christus & natus habuit, & resurgens.

Vt pia autem & orthodoxa recepta & probata haecenus fuerunt, quae a Rufino in Symbolum Apostolicum sunt conscripta. Quae, ut nihil aliud, profecto sui saeculi consensum indubitatum de carnis Christi soliditate in gloriam subuecta testantur. In eo autem opere ubi ascensionis fit mentio, illud Hieremiae exponens, Vas de manu sua collapsum & contractum rursus eleuauit manibus & reformauit sicut placuit in conspectu eius &c. Placuit, inquit, ut corpus quod mortale & corruptibile susceperat, de sepulchri petra leuatum & immortale, atque incorruptibile effectum, non iam in terrenis, sed in caelestibus, & in Patris dextera collocaret. Et eodem in libro: Ascendit ergo in caelos, non ubi uerbum deus ante non fuerat, quippe quod erat semper in caelis & manebat in patre, sed ubi uerbum caro factum ante non sedebat. Denique, quia nouus iste ingressus portarum caeli a diuis & principibus uidebatur, uidentes naturam carnis caelorum secreta penetrantem, dicunt ad inuicem, sicut Dauid plenus spiritu enunciat, Tollite portas &c. Similia Psal. 24. docuit & Hieronymus, Comment. in Epistolam ad Ephesios, & in Psalmo iam citato Augustinus. Psalmistae autem uerba, tametsi schematicum praeferrant, tamen ueritatem carnis uindi-

cant Christo, & angelis admirationem tribuunt, haud quidem diuinitatis maiestate, qua cœli nunquam caruere, sed carnis ascendenti nouitate excitatam, sedere enim ad dexteram Patris, carnis assumptæ est mysterium. Certe, Ambrosius & illum insecutus Augustinus, docere non dubitarunt Christum cum locis uulnerum suorum non resurrexisse tantum, sed & iisdem uel in cœlos subuectum: quod non fecissent arbitror, nisi & hunc scripturæ sensum tenendum esse existimassent, qui domino suscitato uulnerum cicatrices tribuit. Si cui uacat, Ambrosium legat libro ultimo commentariorum in Lucam, & Augustinum de corporum gloriosorum statu disputantem, libro de ciuitate Dei uigesimo secundo. Ipse Hilarius libro de Trinitate undecimo, & Canone in Mattheum uigesimo, scribit Christum discipulis suis in monte, habitu uero gloriosi corporis apparuisse. Et tamen sic apparet diuersus à Mose iuxta stante & Helia uisus est. Christus enim ipse Lucæ uigesimo primo: *Uidebunt enim, inquit, filium hominis uenientem in nube cum potestate & gloria magna. Non refragor autem, si quis fidem Doctoribus non adhibear, modo cõstiterit scripturam sanctam non idem docere quod illi confirmant.*

V,

SOLVERETUR, inquit Gaspar, Personæ unitas, si creatura esset Christus. Solueretur

neretur item æqualitas personarū trinitatis in gloria. Duo item Christi fierent, alter deus, alter infra deum, seruilis creatura: & consequi necesse foret, ut altera natura quæ creatura esset, alterā in Christo adoraret. Breuiter, Christus ipse seruator et saluator noster prorsus dilueretur, &c.

Ante omnia, ut quod sentio dicam, nemo mihi persuasisset illud argumentū Gasparis esse, si scorsim & alicunde, aut ἀνεπίγραφον allatum mihi fuisset, modo quia alijs suum nomen præferentibus insertum est, cogor credere eius esse, de cuius tamen minime uulgari doctrina dudū mihi persuasi. Sed non sum nescius quò nos rapere interdum assoleat contentio, quidq; animis infideat nostris, ubi de uictoria cogitamus. Nemo negabit, arbitror, unitatem personæ Christi ex uerbo & carne, non in gloria, sed in humilitate, quando caro à uerbo assumpta est, constituisse. Unus enim factus est dominus noster, quādo incarnatus est. Unus & antea cum patre & spiritu deus, sed tunc humanæ naturæ coniunctus & unitus, unus constitutus Christus est: nec trinitatis æqualitatem diminuit aut soluit ista unio, neq; carnis humilitas, mutabilitasq; neq; exinanitio corporis tot contumelijs iniurijsq; petita, tantisq; afflictionibus & morti denique crucis obnoxia, Christi personæ quo minus una & indissolubilis esset quicquam detraxit. Quibus positis & consideratis, sequi necesse est, Vel Christum persona non unum, sed diuisum fuisse, in sæculo & carnis illa sua & humi-

D. VADIANI ANTILOG.

litate & uanitate: uel hominem tot iniurijs, contra melijs & infirmitatibus expositū, in Christo creaturam non fuisse. Quia igitur unitatem uerbi & carnis in una persona Iesu, fatetur & agnoscit Gaspar, reliquum erit ut in hac eum sententia & opinione esse iam certum habeamus, quod Christus iuxta carnem assumptam creatura nec hodie sit in gloria, neq; ante in sæculo unquā fuerit. Vnus enim fuit ex deo & homine in uirgine Christus: soluisset autē unitatē natura humana, si homo ille creatura fuisset: igitur creatura nō est, nec fuit, homo assumptus. Mirum autē est, Christū iuxta carnem in sæculo creaturam nō esse Gaspari, qui tamen, solo peccato dempto, omnibus illis incommodis & penurijs obnoxius fuit, quas in creaturæ uoce & explicatione tantopere auersatur & nauseat. Ad hæc, Gaspare confitente, ex uirginis creatæ substantia factus & genitus. Sed de statu fortasse gloriæ loquitur, & putat solui personæ unitatem, si Christus creatura in gloria maneat. Quis credat aut uero simile putet, naturam humanam omni infirmitate & deficientia exutam, & summa exaltatione coronatam, ab unione naturæ diuinæ resillire, quæ in defectu & infirmitate non resillit? Aut contra, diuinam naturam, humilissimam carnem assumere dignatam, iam nunc eandem glorificatā auersari? Eandem etiam non ferre Trinitatis æqualitatē in exspoliatione mortalitatis, quæ mortalis tamen & crucifixa eidem non obfuit. Quasi uero obscurum sit, nihil esse omnium

omnium rerum, quod uel æqualem, uel inæqualem facere immutabilem illam & inuiolabilem diuinæ naturæ essentiam ulla parte possit. Iam & illud non satis capio quid sibi uelit, quod in loco esse, aut circūscriptum esse, seruilem facit notam & deficientiam quæ creaturæ sit propria, ut corpus quod in loco sit, creatura sit: & econtra, quod creatura sit, loco etiã uel contineatur, uel describatur, & sciat interim certo, quod Christus dum in sæculo fuit, corpore circūscripto & locabili fuerit, nec nisi uno in loco exiterit: unde consequatur & creaturam fuisse in sæculo Christum, sed tamen non constituisse personæ unitatem, si (quod ipse putat) unionem cum creatura, diuina natura Christi respuit, quod cum Gaspare tamen unitatem afferente, pugnat. At uero si non fuit in sæculo creatura, rursus sequitur, finitū esse aut circūscriptum & locabile esse, non esse proprium creaturæ, sicut nec proprium est, peccato obnoxium esse, cum innumeræ sint creaturæ rationales quæ peccato carent, & erit aliqua substantia in loco circūscripta, quæ non erit creatura, & tamen seruilis & subiecta erit substantia.

Verum ut perplexam illam & sibi non constantem pugnantiam Gaspari donemus. Ob oculos ponendum est, corpus dñi gloriosum consideranti, Quod gloria cœlestis, corpora humana uel à mortuis excitata, uel momento transmutata, sic absoluit & perfinit, ut & spiritalia faciat, & ab omni infirmitate & deficientia, in primis autem

D. VADIANI ANTILOG.

seruitute, illa quæ cum spe & anxietate & molestia coniuncta est, eximat & liberet. Loquor autem de gloria beatorum. Nec est seruile, ut quod creatura creatori parer & obsecundat, hymno & laude maiestatem eius extollens, sed obsequium est (ut ante quoq; diximus) uoluntarium, amoris & dilectionis plenum, in quo summa propè omnis futuræ illius exultationis, & triumphis sempiterni fidelium cum Christo Iesu in deo, continetur & clauditur. In domino uero Iesu qui homo cum sit uerus etiam deus est, nihil aliud est quàm gloria, perfectio, plenitudo, ueritas. Nec est rarum doctoribus orthodoxis, quod in Christo etiã iuxta naturam qua homo est, obsequiũ quoddam statuunt, quo patri deferre uideatur. Quod ipsum Ambrosius ipsi ut filio dei, non solum ut filio hominis tribuit. Notum est uerbum Apostoli, Christi caput deus. Sed & Christũ à deo excitatum, & animam eius in inferno non relictam, scripturæ deo acceptum referunt. Paulus enim ad Timotheum, Memento, inquit, Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David. Desertur & patri à filio hominis Christo, Act. 1. Quod parer tempora & articulos temporum in sua posuerit potestate, filio etiam ipsam adimens, Matth. 24. Lazarum autẽ excitaturus patri gratias agit, quod semper ab eo exaudiatur. Et à morte excitatus & in cælos ascensurus, Ascendo, inquit, ad patrem meum, & patrem uestrum, DEVM MEVM, & deum uestrum. Quomodo pater deus est Christi: an

si iuxta Verbū assumens? Minime, hoc enim
 & ipse deus est æternus, æqualis deo patri. Iuxta
 carnem igitur et hominem pater deus Christi est,
 qui pater est nostrum omniū. Neq; est ut ullum
 offendant id genus locutiones, cū sint ipsius scri-
 pturæ, imò ipsius dei, quo nemo rectius, nemo
 proprius, nemo exactius, quicquid sanctum aut
 reconditum, aut cœleste est, explicat: utcunq; ra-
 tio ad illa sese torqueat, & angat. Quæ quidem si
 ferre nequit in Christo etiam glorioso naturā esse
 assumptam, quæ nec deus est, nec, quia vere hu-
 na est, æquari deo potest, assumptam tamen nihil
 minus à dei filio uiuo & cetero, in uno & indiui-
 so Christo iuxta *ὁμοῦσιον* & personę unitatem,
 glorificaram & super omnes cœlos positam, Nō
 aliud quærir & curat, quàm ut humanæ naturæ
 substantia in diuinam absorpta, nec humana am-
 plius esse, sed deus esse debeat uideri, utcunq; uer-
 botenus hominem in gloria Christum è carne,
 sanguine, ossibus constituit, & eū ipsum ignomi-
 nioso uidelicet creaturæ uocabulo eximit. Quod
 dum facit, haud aliud magis sequitur aut probat
 quàm Origenis & Eutycheus delirium.

Mirari quidem Gasparem materiam gloriæ
 Christi uideo, neq; id mirum, quum omnes fide-
 les Christi immensam esse & inenarrabilem confi-
 teantur. At ego sic gloriæ tribuendū existimo, ut
 ne quid per eā ueritati naturæ humanæ tactæ &
 assumptæ detrahatur. Negare enim facturā esse
 carnem Christi in gloria, non est aliud quàm glo-

D. VADIANI ANTILOG.

riam carnis nostræ in Christo subuertere. Non negat autem creaturam qui facturam agnoscit: nec pergit adæquare Factori, qui sine principio æternus & infectus est, Facturam quantumuis gloriosam, quæ facta est, & ab æterno uerbo in tempore assumpta est. Non detrahitur autem maiestati, quum carnis asseritur ueritas. Scit enim Tertullianus, Periculū, inquit, status sui deo nullum est. Hæc enim ad eum modum si ratione magistra liceret æstimare, ne assumptionem quidem, nedum incarnationis appellationem admitteremus: qua de re satis antea dictum est.

Observatio
ne naturarū
Christi,
Christus nō
diuiditur.

Iam & illud quale est? quod duos Christos fieri putat, si cum scripturis & ecclesia in uno Christo Iesu naturas longe diuersissimas, ita discernamus ut factam alteram, alteram autem infectā faciamus? Non diuidimus Christum, dum naturas in ipso diuisim obseruamus. Hominē nō diuidit aut dissoluit, qui animam, diuinæ scilicet particulam auræ, à corporis massa & mole discriminat. Quin negat naturā in Christo, & Christū subuertit, dum confundit, & diuisas non intelligit. Vulgus nouit aliud esse diuidere, aliud diuisim seorsimue concipere & æstimare. Non diuisit Apostolus filium à patre quādo in Epistola ad Ephesios dixit, Vnus dñs, una fides, unum baptisma, unus deus, &c. Item 1. Cor. s. Vnus deus qui est pater ille, etc. et unus dominus Iesus Christus, &c. Quasi nō deus foret dominus, aut duo dij, dominus & deus substantia scilicet diuersi, aut (quod Arriani hoc

Ephes. 4.

ni hoc loco contendebant) pater essentia uerus
 deus, filius alio modo deus. Sed à patre Christum
 dominum discreuit iuxta carnis dispensationem,
 ac si diceret: Vnus pater dominus & unus Chri-
 stus itidē deus & dominus, sed incarnatus. Huic
 enim illo respectu regnum tradidit pater, & eccle-
 siæ suæ caput constituit, ut sit alius dominus cui
 traditum est regnum duplici nomine, hominis uī
 delicti & filij: alius pater, qui tradidit: alius domi-
 nus qui caput ecclesiæ datus est: alius pater, qui
 & Christi caput est, & Christum ecclesiæ caput fe-
 cit, & tamen idem deus, pater & filius, ut idem
 Christus uerbū & homo. Simili modo nec Chri-
 stus se detraxit à patris substantia, quando dixit,
 Pater maior me est: sed eam in sese homine natu-
 ram asseruit, qua patri defert: nec æqualē deo, sed
 infra deum, & deo minorem esse humanam na-
 turam indicat. Sed quid multis opus est? Nun-
 quā uisa est diuidere ecclesia substantiā diuinita-
 tis indiuisam, quando personarum *ὁμοουσίαν*
 trinitate distinxit. Nec enim tres deos in patre fi-
 lioq; & sancto spiritu nobis scriptura proposuit,
 sed unum solum constituit quem coleremus. Iam
 si Gaspar ferre nos nequit, qui naturam factam
 ex semine Dauid, semine Abrahā, in Christo glo-
 rioso clarissimis scripturis adiuti asserimus, quo-
 modo orthodoxos feret interpretes, qui nusquā
 de Christo loquūtur, quin & naturas diuisim po-
 sitas ad manum habeant, nec creaturam modo fa-
 ciant in cœlis, sed serui etiam formam domino in

gloria constituto tribuatur? Augustinus enim Christum in gloria creaturam esse docens, serui formam eidem ut Mediatori glorioso tribuit: id quod in libris de Trinitate sæpe, & alijs in libris aliquoties facit, Christum in serui forma, sacerdotem constituens secundum ordinem Melchizedek. Hilarius quoque 10. lib. de Trinitate: Manens, inquit, in forma serui, qui manebat in dei forma, homo Christus Iesus locutus est, Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, &c. Si igitur hæc seruus ad seruos locutus est, &c. Et parum in ira, Et cum hæc ad homines seruos, homo in serui forma Christus Iesus loquatur, non ambiguitur, quin pater sibi ut ceteris sit, ex ea parte qua homo est: & deus sibi, ut cunctis, ex ea parte qua seruus est, &c. Docet autem Christum iuxta naturam qua uerus homo est, in deo patre, habere se & patrem, & deum: Patrem quidem, quia homo: omnium enim hominum pater deus est, iuxta illud Lucæ, Adam uero dei: Deum autem, quia seruus. Missus enim à patre in hunc mundum, formam serui assumpsit, ut uoluntatem non suam, sed eius à quo esset missus exequeretur. Nihil minus tamen in forma serui iuxta naturam Verbi uerum deum esse, cõuincit. Mire enim calumniosi erant Ariani, torquendis fucandisque scripturis, nihil sibi nõ promittentes, ut quod de Christo iuxta naturam assumptam dictum erat, ipsi ad naturam uerbi accommodarent, ne non factura & creatura esse uideretur, atque ita (ut Hilarij uerbis utar) dispensationem

Ephes. 4.
Ioan. .4.

nem assumpti corporis Christi, ad contumeliam diuinitatis rapiebant, ut nihil non confunderent. Sed redeo ad Augustinū qui lib. de Trinitate primo a deo diuinitate uerbi, carnem Christi inferiorem fecit, ut non patre modo, sed seipso etiā maiorem & minorem faciat: maiorem quidē seipso in forma dei, minorem autē in forma serui. Ad hæc, eum ad modū naturas inconfusas uindicat, ut dicat unione incarnationis, nec diuinitatem in creaturam mutarā esse, ut diuinitas esse desierit: neque contra, creaturam in diuinitatem, ut esse desierit creatura. Tradit quidem Ambrosius in Epistolā ad Ephesios scribens, In gloria dei esse, idem esse, quod nihil differre à deo. Quod quidem eo sensu dictū non est, uelut Christū iuxta carnē in deum translātū, et deum factū, doceat: sed quod Arriani (quibus cum perpetuū negotiū Ambrosio fuit) Christū iuxta Verbi naturam tanquā adoptiuum deum in gloriā patris receptū esse confirmabant. Vindicat igitur uerbo suam gloriā, quam sic habet in patre & cū patre, ut non adoptatus ceu dono uel graua, sed uerus unusq; cū patre deus in gloria regnet & triumphet. Nec donatum illi nomen, quod supra omne nomen est, nisi iuxta naturam qua deus est, permittit, usque adeo inferiorem facit carnis naturam, substantia dei. Donatum autem, quia Christo per resurrectionem glorificato, tum maxime constituerit nobis, Christum unigenitū dei filiū esse. Ideo autem à patre donatum scriptura dicat, quoniā à patre omnia sint, si-

eut & ipse filius à patre est, qui & ante crucem &
 mortem dixerit, Omnia sibi à patre tradita esse,
 Matth. 27. Interim naturā humanam diuinæ con-
 stanter subiiciens, aut certe inferiorē faciens. Nec
 dignum est (inquit eodem in loco) ut deus mu-
 teretur in carnē, et quod caro hoc possit effici quod
 est deus. Item eodem 2. cap. ad Ephes. Verbo in-
 carnato nomē illud dei quod est super omne no-
 men uendicans, Adoptiuo (inquit) deo non fle-
 ctit genua Creatura (Arriani enim Verbum, ut
 adoptatam creaturam faciebant) sed uero, non
 concreaturæ. Et quomodo fieri potest, ut homo
 sit in gloria dei patris? Etiam si adoptiuus deus sit,
 homo in gloria patris nō potest esse. Nam ei hoc
 competit qui natus est de deo, &c. Hæc Ambro-
 sius cum Arrianis depugnans, & in hoc totis (ut
 dicitur) uiribus incumbens, ne Christo, tanquam
 non naturaliter & uere deo, nomen per gloriam
 donatum uideatur, quod ante non habuerit, qui
 ab æterno tamen uerus deus fuit. Consentit ta-
 men cum Augustino, Hieronymo, alijs, quod na-
 turæ humanæ in Christo uel gloriosissimo no-
 men diuinitatis non permittit, sicut ostendimus,
 & creaturam esse multis locis affirmat: contra au-
 tem naturam diuinam in Christo, ut quæ nec ua-
 nitati, nec mutabilitati obnoxia esse potest, creatu-
 ram esse constanter negat: multis autem illud agit

Locus Pau-
 li 1. Cor. 15.
 Tunc & ipse
 se filius subs-
 ijcietur, ex-
 ponitur.

libro de Fide ad Gratianum quinto.
 Diuus August. cum non paucis alijs in locis,
 tum præcipue lib. de Trin. 1. cap. 3. locum illum
 Apostoli

Apostoli 1. Cor. 15. Tunc & ipse filius subijcietur ei qui illi subiecit omnia, &c. Quanquã communem & receptam sententiam de Christo per ecclesiam, quæ corpus eius est, subijciendo, probat, tamen ita futuram eam subiectionem autumat, ut Christus etiam ipse iuxta humanam naturam & serui formam assumptam, ut hominis filius deo patri ueniat subijciendus. Vt deus omnia sit in omnibus. Porro & intercessionem desituram inuit, quando & tentatio & afflictio, & occasio peccati, imò peccatum ipsum, & quæ peccati authoramentum est, mors inimica postrema auferetur. Destituet enim & fides, & spes intercedet, nec peccator erit pro quo sit rogandum. Sed Augustini uerba ponamus: Contemplabimur, inquit, Deum patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, quum Mediator dei & hominum homo Christus Iesus tradiderit regnum deo & patri, ut iam non interpellet pro nobis mediator & sacerdos noster, filius dei, & filius hominis: sed ipse, in quantum sacerdos est, assumpta propter nos serui forma subiectus sit ei qui illi subiecit omnia, ut, in quantum deus est, cum illo nos subiectos habeat, in quantum sacerdos, nobiscum illi subiectus sit. Hæc Augustinus, nihil dum asserens quod Apostolicæ doctrinæ sit aduersum. Ambrosius quoque in libro de Fide ad Gratianum quinto captite sexto, eadem Apostoli uerba de Subiectione, explicans, in hæc uerba inquit: Sicut filius hominis regnum

accepit, ut filius utiq; hoīs traditurus est quod accepit. Tradit ergo, ut & filius hominis subiectionem, utiq; per conditionē carnis non per maiestatem diuinitatis, agnosceret. Et tu (Arriane) ad contumeliā obijcis, quod & subiecerit oīa deo, cū audis quod regnum filius hominis deo tradat? Hactenus Ambros. qui sequente capite idem latius declarans subiectionem etiam in Christo naturæ carnis deputat. Hæc ideo referre uolui, ut obiter admonerem quā secure doctores receptissimi, naturā humanā in Christo etiā glorioso ad eum modū discernāt a diuina, ut nō modo infra uerbi maiestatiē ponant, sed etiā deo in die illo supremo subiectū iri adfirmant. Quid igitur? An nō constat sibi spiritus Christi in scripturis et patribus? Certe constat. Neque ideo duo Christi fiunt, aut unus Christus diuiditur, quod in uno solido & indiuiso dño naturæ duæ genere & substantia diuersę manent: & quia manent, seorsim & diuisim etiā cōsiderantur, et fit sæpe, ut ad unā referre cogaris, quod ad alterā non potes, neq; unquā intelligas sanū scripturæ sensum, nisi cuius naturę respectu uel hoc uel illud Christo tribuatur accurate obserues. Deus pater Christo hominis filio omnia subijcit. Cōtra, Christus dei filius omnia habet cum patre, etiam uirtutem & operationem qua potest sibi subijcere omnia, Philip. 3.

Non alium esse Christū qui adoretur, & aliū qui non adoretur.

De Adoratione quod infertur à Gaspare, friuolum est, nisi constiterit recte sensisse Nestoriū, qui sic diuisit naturas suis idiomatibus dissidentes, ut personæ

personæ unitatē ferre nō potuerit. Proinde, ut ante dictū est, hominē Christū mortuū esse concede-
 bat, Christū deum mortuū negabat. Erat igitur il-
 li alius Christus qui mortuus esset; alius item qui
 mori nō potuerit. Sic ubi ille ostenderit scripturis,
 aliū esse Christū qui adoreretur, & aliū qui adorari
 nō possit, ob eam causam, quod assumptā natu-
 ram factā & creatam esse in Christo cū scriptura
 confitemur: tunc & ipsi dabimus, esse scilicet in
 Christo quod adoret, & esse quod adoretur: esse
 quod oret, & esse quod exaudiat. Duo enim Chri-
 sti erunt, at uero unū esse Christū ex deo & homi-
 ne, factore & factura, Spiritu & carne, æterno &
 temporario, momento incarnationis, quando Io-
 anne docente, Verbum caro factū est, constitutū
 & æditū, si ipsi nō ostēdimus, certe fides quæ om-
 nium recte sentientiū ecclesiarum est, ostendit &
 confirmat. Quanquā & uno in Christo Augusti-
 nus, suo more obseruata naturarū distinctione, ci-
 tra offensam ullam Christum & orantē & exau-
 dientem facit: orantem quidē iuxta eam maxime
 naturam qua minor est patre, exaudientē autem
 iuxta naturam qua patri est æqualis: quod ipsum
 ut fieret & hunc ad modum doceretur, Arriano-
 rum malignitate, Augustini maxime, Hierony-
 micę et Ambrosij sæculo factū est. Hi enim, quod
 paulò ante diximus, nihil non in telum uertebāt,
 quo suam impietatem aduersus naturæ diuinæ
 ueritatē propugnarent. Vbi igitur Christū oran-
 tem patrem, & patri deferentem scriptura facit, ibi

D. VADIANI ANTILOG.

omnia sic ad ipsum accommodabant, ut non uerus deus, sed iuxta uerbū factus ante omnē quādem creaturam, sed adoptatus tamen in diuinam naturā, & uere creatus diceretur. Sicut hodie multi ad humanam naturam torquent, quo ex homine deum faciant, quod ad diuinam erat referendum. Vt omnino naturarum in Christo inuolatarum notatione & distincta obseruatione opus fuerit, quam proponerent & ostenderent quid cuius naturæ respectu dictum factūue scripturæ tradidissent. Cæterum ea & cura & pietate naturæ diuissim obseruatæ sunt, ut operationes omnes (uerbo utor Augustini) non naturis diuissim, sed ipsi personæ uni & indiuisæ tribuerentur, ut non caro seorsim, uel uerbum seorsim, ac ceu seclusa unione, rogare & exaudire, sed Christus ipse unus & totus alio atq; alio respectu (quo personæ incolumes naturæ contra Arrianorum strophas assererentur) idē operari sine ulla obscuritate intelligeretur. Est enim inseparabilis operatio naturarum in persona Christi, & toti tribuitur quicquid à naturis quantumuis diuersis manat. Totū igitur Christum orare dicimus pro nobis patrē, totum etiam & uerum quidem cum patre deum, preces nostras audire, & uictimæ suæ, quæ ipse Christus est, patrem pro nobis admonere dicimus. Vnum autem & totum, etiamsi iuxta carnē factura & creatura est. Non habent enim scripturæ hunc morem differendi, ut post carnem nostram à uerbo assumptam, quicquam de Christo pronun

pronuncient, aut affirment, quod non toti & uni
indivisoq; conueniat. Nemo seipsum adorat, ne
Domitianus quidem, qui edicto tamē cauit, quo
ab omnibus ut deus adoraretur. Sed de adoratio-
ne alio in loco fortasse amplior dicendi nobis oc-
casio dabitur.

VI.

NEQVE habitare, inquit, manere pos-
set in cordibus fidelium, si creatura foret,
Christus. Quod cum Apostolo tamen E-
phes. 3. & fide orthodoxa pugnat. Nulla enim
creatura, essentia sua, substantiaq; & efficacia in-
trare in cor hominis potest, sed deus solus, &
quod diuina conditione sua deo conforme est,
nempe unigenitus filius dei Iesus Christus in spi-
ritu sancto, Ioan. 14. Proinde credentes in cordi-
bus suis non nisi dimidium Christum haberēt,
non illū qui caro & homo factus est, si caro eius
aut natura eius humana subiecta seruiensue crea-
tura foret, &c.

Eram equidem & hoc argumentum transmis-
surus, nisi pauca quædam digna mihi annota-
tione uisa fuissent. Primum autem omnium ne-
minem, qui uel à limine scripturas salutauit, la-
tere arbitror, quid sentiat & innuat Apostolus E-
phes. 3. cum Christū per fidē in cordibus nostris
habitare dixit. Aperte enim patet sensus, si, quæ
illo loco dicuntur, cum his duntaxat quæ Ro. 8.

Quomodo
habitet
Christus
per fidem
in cordibus
nostris.

cap. de Christo & spiritu Christi differuntur, conlata fuerint. Quomodo autē cum patre in fidelibus suis mansionē habeat idem dominus noster Christus Iesus, ex 3. cap. prioris Epistolæ ad Cor. clarissime colligitur. Neq; enim hoc sentit Paulus uelut Christum per gloriā corporis ueritate exutum, & alienam à corpore in naturam transumptum mutatumq; credere debeamus. Cum longe clarissime plurimis in locis domino corpus uerū & hominis naturale tribuat: longe minus naturas in Christo ita confundit, ut seorsim & absolute alteri tribuendū existimari, quod alterius unicū & proprium est. Sed Christum, ait, habitare in cordibus nostris, et adijcit (Per fidem:) ut quomodo, & cuius naturæ respectu, totus ipse in nobis habitet intelligamus. Nec enim præsentia illa Christi in cordibus nostris contentus est Apostolus, sed amplius nos ad Christum in supernis quærendum eximulat. Superna enim, inquit, quærite, ubi Christus ad Dexteram patris sedens, Colof. 2. Quid autē? An non in cordibus nostris sedem & mansionem habet? An non ubique est? Imò, & in cordibus nostris, & ubiq; sed sedens tamen ad Dexteram dei, unde & uenturus est ad iudicij diem postremum. Quomodo igitur in cordibus nostris? & quomodo ad dexteram dei? Sane totus Christus in cordibus nostris, filius dei & filius hominis, sed iuxta naturam, qua fidelium omnium corda implet, & illuminat, nempe diuinam. Ad dexteram autē dei idem Christus dei & ho

Quomodo
Christus in
cordib. nō-
stris, & ad
dexterā pa-
tris?

& hominis filius, sed iuxta naturam illam potissimum qua uerus homo est Christus. Profecturus enim ad Patrem, ascendere se ad patrem & suum & nostrum, & mundū relinquere testatus est: intem se & in mudo mansurum promittens, usque ad consummationem sęculi. Ascendit igitur, quia homo: manet totis nobiscum in mundo, quia filius dei unitus cum homine. Habuat in cordibus nostris iuxta naturam maxime diuinam, sedet ad dexteram Patris, regnat prerogatiua naturę humanę: quę, ut in Actis docetur, non computruit, sed exaltata est in gloriam. Qua quidem hoc magis est gloriosus, quo uerius, certius, & euidentiuss caro factus est: & ea causa uerissima etiã factura esse intelligitur, & quia factura est, creatura esse confirmatur.

Mirum autem mihi uisum est, quod negat creaturam ullam essentia sua & substantia, in cor hominis intrare &c. Quum & Satanas creatura sit. Qui tamen cor hominis tentat & ingreditur, scriptura testante, Satanam qui creatura est in cor Iudę descendisse. Et agere in filijs contumacibus Principem illum erroris in Epistola ad Ephesios 2. ca. docet Apostolus. Ut inde clare pateat, in hoc esse Gasparem, ut naturam nobis in Christo corpoream statuatur quę conformis facta sit Deo per gloriam. Alibi enim ait, carnem seu hominem Christum in gloria esse, quicquid uerbum est: usque adeo spiritali conditione translatam, ut licet carne, ossibus, sanguine distinguatur, tamen,

Creaturã ingredi cor hominis.

D. VADIANI ANTILOGIA

nec in loco esse, nec circumscriptione ulla, aut definitione locum notante teneri. Postremo sic solidum non esse corpus domini quin diuinæ naturæ adequatum, simul & ubiq; sit cum gloria uerbi, & essentia sua mentes hominum Christo fidelium animosq; penetret & possideat. Quæ si ita habent, nõ habemus amplius substantiam illam solidam ex mortuis suscitata, quæ discipulis ostensa, & ex oculis Apostolorum, subducta, ad dexteram dei in cœlestibus posita est. Et recte sensit Origenes, qui non Christi modo gloriosi carnem, sed nostram quoq; conformem olim Christi corpori futuram, in naturam omnino spiritalem transtulit & absorbit. Idem enim efficit ἀποθέωσις illa quam arridere uideo Gaspari. Et post Origenem effecit Eutyches, humanam naturam in Christo spiritali gloria consumens: qui, si uera est Gasparis opinio, nec iuste sanè, nec pie damnatus est. Lubrice enim asseritur in gloriam caro Christi à Gaspare. Nec mihi fit satis dum ab eodem carne, ossibus, sanguine, distincta quidem dicitur, at abstracta interim in spiritum omnia communia habentem cum uerbo, & soliditate omni exuta asseritur & prædicatur. Præsertim quod non dimidia (sic enim loquitur) sed totum, hoc est utriusq; naturæ substantia & conditione cordibus immittit credentium: ut sic ubiq; sit, & iuxta carnem etiam in mentibus fidelium parem cum Patre mansionem faciat. Quod certe, ne animæ quidem hominis in Christo nedum carni quam anima ui-

ma uiuificat, conueniet, nisi hominem illum à uerbo in uirgine assumptum, naturæ suæ proprietate in uniuersum priues & exuas. Anima enim Christi, quæ Christo mortuo, & apud inferos egit, & cum Latrone in Paradiso fuit, hoc inferior uerbo cui unita erat, fuisse cognoscitur, quod Christo mortuo etiam si extra corpus erat sepulchro impositum, non tamen ubiq; erat, sed apud inferos tantisper, & rursus tantisper in paradiso, dum corpori resuscitando redderetur. Hæc nunc per gloriã sic translata diluetur in uerbi naturam, ut nusquã non sit ubi uerbum est, & cū nõ sit nisi in corpore Christi, corpus eius etiam ubiq; esse Gaspare definiente credere opus habeamus.

Quàm leuia igitur erunt testimonia innumera, quæ tanta cum asseueratione ab Apostolis de carne & corpore Christi in gloria asserta & tradita sunt? quàm parum sibi ueritas constabit, de Christo in cælos recepto, de aduentu eius ex cælestibus, de carne à putrefactione uindicata & in regnum Davidis æternũ posita, de linea fraterna carnis nostræ cū carne uera Christi, alijsq; innumeris distinctissime p scripturas ppositis, si eum ad modũ cõfusa omnia turbataq; & simulata esse constiterit? Vt transeam, quod æquatione illa carnis Christi cum uerbi gloria, non modo euacuetur assumptæ carnis Sacramentum in Christo, sed etiam diuinæ naturæ maiestati non parũ detrahatur, tam humiliter & abiectæ æstimatæ, ut accedente ei, suumq; in statũ trãsferri, factæ & de homine

formatæ naturæ substantia possit.

Nos contra, cum Ecclesia & doctoribus orthodoxis, non ignari, quid cuius naturæ respectu, & qua de causâ iam hunc, iam illum ad modum Christo, sancta scriptura tribuat, Dicimus Christum dei & hominis filium, etiam si Creatura sit (sicuti uerissima iuxta carnem factura est) & si solido corpore sit, nihil minus in cordibus credentium habitare, & mansionem in animis fidelium æqua sorte cum patre facere: non dimidium quidem, sed totum, hoc est, Deum & hominem personæ hypostasi unū. Nec scripturæ enim, nec fides quæ scripturis nititur, illud exigit à nobis, ut quia ubiq; esse Christum, & sic in mentibus etiam fidelium per fidem habitare dicimus, solido eam corpore in cœlestibus agere & regnare, negare opus habeamus. Stat enim scripturæ sententia inuicta, Corpus illud uerum ex anima & carne compactum, ita illarum in gloriam naturæ & substantiæ ueritate, ut & Arrabonem in ipsa habeamus, per Christum, sp̄i resurrectionis & gloriæ futuræ, quæ corpora nostra conformia corpori eius glorioso factura est. Scite enim, non pie solum, ab Aurelio Prudentio dictum est,

Nil falsum, aut mēdax diuina uocabula fingūt.

Nec enim aliud Petrus apud Lucam. Act. 2. carnis uoce intellexit, quàm carnem hominis quæ mortua, naturæ lege in puluerem & cinerem conuertitur, significans eam ipsam mortuo domino sepulturæ mandatam non putruisse, sed Dei uirtute,

tute, mortua licet fuerit, à corruptione & interitu
 vindicatam, ut quæ triduo à morte animam & ui
 tam receperit longe maxima gloria donata. Vnde
 & Apostolus de Christo uere mortuo iuxta
 carnem, & in eadem resuscitato, Sciens, inquit,
 quod Christus excitatus à mortuis, non amplius
 moritur, Mors illi amplius non dominatur &c.
 Nimirum innuens in eodem corpore agere domi
 num gloriosum, in quo mortalis egerat, sed alio
 statu, per gloriam Patris nouitate accepta, quam
 in ueritate tamen corporis non absorpti, aut eua
 nidi, sed à morte in uitam cœlestem, ab humilitate
 in sublimitatem, ab infirmitatis uanitate in se
 dem omnis uanitatis expertem translati, nihil uio
 lata corporis natura, tenet & possidet. Alioquin
 quid necesse fuisset Apostolo, dicere, Non am
 plius moritur, Mors illi non dominatur &c. nisi
 uerissima corporis substantia Christum in gloria
 agere non dubitasset? Mortis enim conditio non
 in spiritu ullo, sed in substantia duntaxat corpo
 rea habet locum. Dicimus igitur Corpus Iesu in
 gloria suæ constare naturæ, & contra naturam
 suo corpori, ut neque sit corpus quod spiritus est,
 nec ei commune faciat spiritus, quod eius solius
 proprium est.

Scribit quidem Diuus Augustinus libro de
 Trinit. 1. cap. 8. fuisse nonnullos, qui subiectio
 nem illam filij, cuius Apostolus ad Corinthios
 scribens meminit, nil aliud futuram dicerent, quam
 commutationem & conuersionem carnis Chri-

Quid quidam
 sentierint de sub
 iectioe filij,
 cuius memi
 nit Aposto
 lus 1. Cor.
 25.

sti in substantiã & essentiam creatoris, ut quæ ante
 creatura fuisset caro Christi, per gloriam illius
 supremæ subiectionis in creatoris substantiam
 migraret. Id alij factum esse dicebant, Christo ui-
 delicet ex mortuis suscitato. Alij tum demum aie-
 bant futurum, quum à iudicij die deus, omnia in
 omnibus esset futurus. Ipse Hilarius, uir alioquã
 tantus, nescio Origenis ne admiratione, an inad-
 uertentia potius, & quod (iuxta Horatium) opere
 in longo fas est obrepere somnum, Lib. de Trini-
 tate undecimo sentire uideretur Christũ iam nunc
 in gloria agẽtem serui formam, hoc est, naturam
 assumptam gerere & seruare, usq; ad iudicij su-
 premi diem. Post diem uero iudicij, corpo-
 ris naturam gloria pleniore in statum plane di-
 uinum mutatum iri. Vt quod ante iudicium,
 iam nunc in Christo glorioso homo est ex ani-
 ma & carne, hoc ipsum accessione gloriæ, post iu-
 dicium ita in deum sit abiturum, ut substantia
 quadantenus incolumi homo totus in Deum
 assumatur, & (ut eius uerbo utar) deuoretur, ut
 sit omnia in omnibus Deus. Hæc autem scripsit
 certans pugnansq; cum Arrianis, intestinis hosti-
 bus suis: fortasse uerius, ne, si Christum Patri cen-
 maiori subiectum iri, Arrianis dedisset, creatura
 esse Christus uel iuxta naturam qua deus est, nec
 naturalis, sed electus & adoptatus à Patre deus,
 (quod Arriani urgebant) se iudice uideri potuis-
 set. Quum interim hac sua sententia, & statum
 gloriæ

gloriæ Christi uariarit (detrahens uidelicet primæ gloriæ, & alteri illi secundariæ immodice adijciens) nec abfimilem à uero Arrianorum opinionem fecerit, quam summe tamen redarguebar. Nam si fieri potest, ut substantia corporea sua proprietate exuta, eo modo in deum transumatur, & deuoretur, ut & ipsa demum quadante nus deus omnia in omnibus sit futura: Cur fieri nequeat, ut substantia creata spiritualis ea gloriæ sublimitate in deum (ceu adoptiuus filius in ius & nomen parentis) legatur & adoptetur, quæcum patre deo uerus, & plenæ maiestatis & potentia Deus existat? Cum propius ad ueritatem accedat, spiritali, quam corpoream substantiam in spiritum deum posse transferri & adoptari. Constante enim & pie quidem, negat Ambrosius Christum iuxta naturam qua uerus homo est, dei nomen ferre posse: sicut ediuerso iuxta uerbum quo in sinu est Patris, hominis nomen ferre non potest. Quare & Augustinus ante citato libro, non alia magis causa Filium olim subiectum iri patri, ab Apostolo dictum, existimat, quam ne quis putaret habitum Christi, qui ex humana creatura susceptus est, postea in diuinitatem, seu (ut ipse loquitur Augustinus) deitatem conuersum iri. Non enim aliud magis quære, & conari uideretur illa *καταλογωσία* quorundam, quæ, ut humanæ naturæ ueritatem per gloriâ in Christo elidamus, & carnis *ἀρθεώσις*

recipiamus. Quā si Apostolus tenuisset, profecto non dixisset, aut docuisset, subiectum eum iri, sed magis exaltatum iri: si, quod Hilarius putabat, iuxta carnis substantiam in deum assumendus, aut diuinæ naturæ æquandus per gloriam fuisset.

Scholastici
dño glorios
so corpus
solidum tri
buunt.

Iam & Scholastici illi magistri, in Lombardi sententias commentati, opinione illa Origenico, pro sua ista Christi in pane & uino Eucharistico, locabili portabiliq; præsentia confirmanda, nihil fallor, commodissime uti potuissent: at pugnare eam cum scripturis cum uidissent, ne attingere quidem libuit. Solidum enim corpus domino in cælos recepto scripturæ tribuunt, unde & ipsi tametsi alicubi de Symbolis cōsecratis & reb. Symbolorū, prodigiosa quædā tradiderunt, tamen in cælo localiter esse Christum, in cœna sacramentaliter (ipsorum uerbis utor) ubiq; autem personaliter, nunquam, quod sciam, dissimularunt. Neq; ab ullo, credo, male audiuit Petrus ipse, qui lib. Sententiarum 3. Distinc. 22. de statu domini gloriosi, & corporis natura locutus, Nec modo, inquit, ubicunq; est, homo est, quia ubiq; est secundum deitatem: nec ubiq; homo, quia nec ubiq; homo unitus: sed ubicunq; est secundum hominem, ibi homo est. Sic Petrus Lombardus, qui hoc ipso tamen personam diuidere uidetur, quod uerbum ceu ali. ubi esse, innuit, ubi unitum non sit, nec ubiq; esse unitum uerbo hominem. Cum uerbum tamen ubicunq; est, tale esse intelligatur quod carnem assumpsit, & assumptæ unitum est.

Lombardus.

Filius

Filius enim hominis æternus, in tempore incarnatus est: & ut homo est factus, ita in æternum homo manebit: cumq; sit unus, nempe Patris unius unigenitus, non poterit usquam uerbum esse carni non unitum, sed ubicunq; est, carni unitum intelligitur. Non enim carnem assumpsit Pater, sed Filius: nec passus est, aut uictima factus est Pater, sed filius, Pater enim filiū misit, & exaltatus est in gloriam à Patre qui erat missus. Sic & Christus homo ubiq; uerbo unitus intelligitur, ut ubicunq; Christus sit uerbum Patris, ibi & hominis filius esse intelligatur, nō alia causa quàm quod uerbum caro factū est. Indissolubilis enim est unio illa quæ Christum Iesum deum & hominem, personā unam constituit. Vnde illud Christi apud Ioannem, Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit è cælo, Filius hominis, qui est in cælo. Rectius ergo cū Augustino loquimur: Quod ubicunq; uerbum Christus est, ibi deus & homo perfectus est: hoc est, Ibi una perfecta persona est. Quod personaliter ubiq; esse, Scholastici dicunt. Necesse enim est totum esse, ubicunq; est: totum autem ubiq;, non uelut ex utriusq; naturæ substantia & proprietate, quod à Gaspare tamen intenditur, sed in indiuisa personæ unitate. Ut eñ locato, uel loci capace corpore Christus sit, non iuxta uerbi, sed iuxta carnis naturam contingit. Rursum, quod ubiq; est, non iuxta carnem, sed ex natura illa qua uerus est deus, peculiariter accidit. Siue autem hoc, siue illud Christo tribuitur,

D. VADIANI ANTILOGIA

non ipsi diuiso ac uelut luxato, & dissoluto, sed uni & toti tribuitur. Sæpe enim Augustinus, Vbi cunq;, inquit, Christus est, ibi totus & perfectus est. Sic totum mortuum, totum sepultum fuisse credimus: sic totum Patrem deprecarum fuisse, quo tolleretur passionis calix, totum mortis imminens atrocitatem horruisse, Sudasse totum, totum in cruce derelinqui se heulatum. Nec de relictam esse humanam naturam (cæu à diuina separatim passa fuerit, ut Gnostici putabant) sed ipsum Christum iuxta humanam naturam lamentatum esse recte & pie dicimus. In elocutionibus enim huius generis & formæ, quid cuiusque naturæ respectu dicatur, & quis sit sensus proprius, non ignorant, qui scripturas de Christo, tum Propheticas, tum etiam Apostolicas iuxta regulam, quam Christus ipse Matth. 22. discipulis suis indicauit, expendunt & discernunt.

Qui diuidunt Christum cum Nestorio.

Diuidunt enim Christum cum Nestorio, qui non toti operationes eius tribuunt, sed naturis separatis iam hoc iam illud ascribunt, ut si dicam hominem duraxat in Christo mortuum, deum non mortuum fuisse, hominem solum natum ex Virgine, Deum non natum e uirgine. Non enim homo in Christo, sed Christus totus mortuus est, haud quidem iuxta diuinam sed iuxta humanam naturam. Vt & totus ipse e uirgine natus est, sed naturæ humanæ conditione. Sic enim loquendo uere unitas in domino naturas confitemur. Contra autem scindimus naturas leuiter

uiter æstimantes personam, dum seorsim uni natura tribuimus, & alteri adimimus, quod Nestorius faciebat, reiecta personæ unitate. Et hodie faciunt nisi fallor, qui de Christo dimidiato cogitant: partim quia non unam modo personam statuunt ex carne & uerbo, Christum, sed etiam naturas cōfundunt, dum quod unius proprium est, alteri commune faciunt: partim etiam quod operationes totius Personæ, in naturas distribuūt, ut si creaturam esse constet, consequi oporteat, naturā humanam in uno domino diuinā adorare, ut & natura in naturā sit officiosa, & e contra, natura naturæ sese præferat. Hoc enim quid est aliud quā ex naturis in Christo personas facere, & unitatē illā ex naturis cōstantem diluere & luxare, nec attendere, quod naturæ humanæ ueritas & substantia, ex anima & carne cōposita, etiā si creatura non foret, & tamen uere maneat & subsistat in domino glorioso (id quod à Gaspare candidissime conceditur) nihil minus dimidiatum Christum fieri Gaspari creaturam esse neganti, quā si creaturam esse fateretur. Negare enim nequit, arbitror, naturam humanam utpote cōpositam & factam, à simplici illa ineffabili & æterna naturā multis partibus distare, & sic habere conditione sua, ut facta & formata cum sit deo operante, deum etiam factorem suum & Platen agnoscat. Quod quum sit, non minus adorabit factorem suum substantia facta, quā creatorem natura creata: nec minus, ut diximus, habebit dimidiatum Christum.

D. VADIANI ANTILOG.

dum creaturam esse negat, quam haberet si creaturam esse fateretur. At nos Christum totum creaturam esse affirmamus, sicut & totum esse creatorem confitemur. Totum autem, hoc est, unum, una in persona quum dicimus, non tribuimus quicquam naturis seorsim, sed omnia toti & unicum scripturis sanctis ascribimus, atque ita in ecclesia illo sacerdotio suo non seipsum, sed patrem orare dicitur, Mediator, Propinator & dominus, etiam si ipse & pater unum sunt: sicut non seipsum suscitasse, aut sibi ipsi animam in cruce commendasse, legimus, sed à Patre suscitatum, & spiritum patri commendatum legimus, etiam si unus cum Patre deus est Christus, qui à Patre est excitatus, & cuius anima morientis, Patri est commendata.

Cauendum
& à confusione
Sabelianorum.

Cauendum est enim, ne Sabellianorum errori locum demus, qui Trinitate confusa, Patrem incarnatum & passum, & rursus exaltatum, sibi ipsi iam ad dexteram sedere suam, assererat: hinc deducta ratione, quod unus deus esset essentia potestate, & natura indiuisus, quem nos Patrem & Filium diceremus. Ad quem modum & Christus licet homo sit, tamen interim cum Patre unus & natura essentiaque indiuisus deus est. Augustinus quidem, ad explicandum naturarum in Christo ueritatem, & Arrianos reprimendos, multum sibi in illo locutionum genere permittere uideatur: sed culpa tamen uacat, quum non aliud agat, quam ut scripturarum locutiones de Christo purgnantes in speciem, & sepicule perplexas, quam
rectissime

rectissime intelligamus. Nec inepte à Lombardò traditum est, uocabulum Totus, masc. genere ad Totus &
Totum.
 ὅλος ασιμ & unitatem personę respicere. Totum autem neutro, ad utriusq; naturę substantiam & proprietatē: nam & Gręcis idem non significant, ὅλος, & πρόσωπον: sicut in Ioanne, & Apostolo Paulo εἶμ & εἶς. Ioannis enim decimo: Ego & Vnus est
Vnum.
 Pater unum sumus. εἶμ, hoc est unum legimus, Neutro. Εγὼ καὶ ὁ πατὴρ εἶμεν. At unus licet toti interdum adiiciatur, tamen personis totius cōuenit. Vnus enim Pater, unus Filius, unus Spiritus sanctus dicitur. Item: Vnus Deus, unus dominus Christus, 1. Cor. 8. ἀλλ' ἡμῖν εἶς θεὸς ὁ πατὴρ, &c. καὶ εἶς κύριος Ἰησοῦς χριστός, &c. Vbi si diceremus Pater, unum: & filius, unum &c. nō personas modo agnoscere, sed substantiam etiam diuidere uideremur. Vnus autem cum sit deus, tamen alius Pater, alius Filius &c. non aliud. Alius et
Aliud.
 Alius enim ad personę uarietatem, aliud ad substantię diuersitatem refertur. Sic unum pater & filius, & tamen alius à patre filius. Iuxta illud Pauli Ephe. 5. Deus domini nostri Iesu Christi &c. Quod per inde est atq; si dixisset Pater. dñi nostri Iesu Christi. Verbum autem æternum licet personam constituat secundam in Trinitate, tamen in persona quę Christus est, non persona, sed natura uocatur, quę cum carnis natura assumpta Christum personam constituit: sic & corpus licet personam, putà hominē anima & corpore, constituat, tamen

in Christo non persona, sed natura rectius dicitur. Cauemus enim errorem Nestorij, qui Christum ex personis, non ex naturis constabat & horū etiam, qui natura humana in deum subuecta translataq; Christū utraq; natura sua personam faciunt Trinitatis, homine uidelicet in deū assumpto & deuorato, ut nihil amplius superfit de hominis substantia quod creaturæ facile tribuere queas. Porro, si Paulus Christum gloriosum facturam esse ex semine David palam affirmat, eundem autem simul & in cordibus credentium habitare facit, facile intelligimus, uel Apostolo testante, creaturæ conditionem in eodem non obstare, quo minus credentium corda inhabitet.

VII.

DELIBERANDVM putat hoc in loco Gaspar, num doctrina qua Christus hominis filius creatura esse asseritur, aliquid ædificet, ac non destruat potius. Quando fundamentum illud Apostolorum & Prophetarū non modo non agnoscat, sed contumelia etiam afficiat, & diuinam eius potentiam & gloriam neget. Nec fundamentum enim Christus, nec lapis angularis (inquit) spiritualis illius structuræ & templum Dei esse poterit, si creatura sit. Placuit enim deo, pro templi sui exædificatione non ullam creaturam fundamentum facere, quemadmodum

modum & Tabernaculum in quo habitat, Paulo teste, non factum manu, nec de hac creatura est, Hebræorum nono, sed seipsum fundamentum facere, & angularem lapidem in filio suo Christo Iesu &c.

Ego contra, & fide scripturæ, & receptissimis eius interpretibus adductus, atq; Christum nec fundamentum structuræ spiritualis, nec lapidem Anguli recte accipi, aut intelligi posse, nisi non dei modo, sed hominis etiam filius de muliere factus, & quia homo uerus est, uera etiam creatura esse intelligatur. Cæterum quia omnis controuersia de Christo creatura sit, an minus, ex scripto, & nominis explicatione pender. Decuisset sanè Gasparem in illa sua Argumentorum positione primum omnium quid esset creatura, quidq; ipse huius uocis usurpatione significaret & exprimeret, & an eius una tantum & simplex esset acceptio, an plures, dilucida enarratione proponere. Hac enim una occasione facta, uel responderi sine labore ad eius opinionem non nouam, uel certe recipi sine controuersia sententia eius potuisset. Superfedissem autem, ceu data opera uideretur, ne non suspenderet Lectorem, aut certe Antagonistam quæreret, quocum descendere in harenam, & quicquid habet armorum iusta in pugna depromere, uictoriamq; publico aliq; spectaculo reportare posset. Hanc enim quæta sibi fiducia polliceatur, uel inde appa-

In disputa-
tionib. ante
omnia in-
quirendum
quid sit res
de qua dis-
putatur.

D. VADIANE ANTILOG.

rer, quod dicere audeat, non modo non cognoscere illos Christum Iesum, qui creaturam eum faciunt, sed etiam potentiam eius & gloriam negare. Mihi igitur, quo rectius mentem meam, & ipse Gaspar & alij hac de causa cognitari acciperent, in materia illam ingredienti commodum uisum est ante omnia Creaturae uocem excutere, & una indicare qua de causa Christus a ueteribus creatura dictus, qua rursus causa negatus sit, quidq; uoce illa scriptura significari, & quod res a Deo factae & aeditae bifariam creaturae dicerentur, nec simplicem eius uocis usum esse ostenderem, quod initio sanae Contradictionis meae, quanta potui breuitate feci. Omnis enim (ut optime est a Cicerone dictum) quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit, de quo disputetur.

Creaturae si
nitio apud
Hilarium
qualis.

Necq; uero me latuit definitio illa Creaturae quae est apud Hilarium libro de Trinitate undecimo, ubi creaturam esse ait, quae corruptioni subdita est, quae expectationi obnoxia est, quae seruituti subiecta est. Hac enim, ex traditione Apostoli Romanorum octauo obiter arrepta, Arrianos uocis, seu significationis exaggeratione repressit: ostendens quantopere gloriae uerbi detrahant, si filium Dei creaturam dicere, & factum esse affirmare pergant. Nemo autem tam hebeti est ingenio, ut non uidere queat quibus a rebus definitionem illam non ipse modo
Hilarius

Hilarius, sed etiam Apostolus desumpserit. Aliud enim est à substantia, aliud ab adhærentibus siue accidentibus diffinire. Et certa quidem & firma sunt quæ ex substantia deducuntur: incerta autem, variaque & semiplena quæ diffinitionibus ab adhærentibus factis explicantur. Quanquam & has, suo in loco recte usurpamus, ut aptissime creaturæ descriptione ad institutum suum usus est Apostolus.

Quia uero Diffinitio brevis est oratio unius cuiusque rei naturam à cõmunionem diuisam propria significatione concludens. Certe potiores erunt definitiones à substantia ipsa, quam ab accidentibus deductæ: & erratur quum ad adhærentia recurrimus, ubi de statu substantiæ quæstio est. Minime enim inscite Diogenes, Platoni hominem animal esse bipes & implume diffinienti, gallum de plumem obijecisse traditur, quo hominem à se diffinitum intueretur. Creaturam igitur diximus substantiam, essentiãque rei quæ nec à seipsa est, nec semper fuit, sed à deo facta & producta est. Factum enim esse, & è nihilo æditum esse, propriissima nota est rerum omnium qua à substantia illa unica & sola infecta, quæ deus æternus est, magno interuallo separantur. Et hoc ipso conueniunt inter se omnia quæ facta sunt, quod à seipsis non sunt, sed authorem habent, factoremque, cui quicquid sunt, acceptum referunt. Cuius generis citra controuersiam existunt, substantiæ, resque omnes seu spirituales seu corporales sunt, nullo re-

Substantias
lis finitio
creaturæ.

D. VADIANI ANTILOG.

specu uel gloriae uel uanitatis, quæ deus ipse nõ sunt, sed à deo factæ sunt: nec refert, opere ne illo sex dierum an alio post tempore, æditæ fuerint. Quando ergo à Gaspare conceditur, substantiam illam naturæ in Christo humanæ, carne, ossibus, sanguine, anima, conflatam, et unitam uerbo, manere in gloria: nec negare potest illam ipsam substantiam factam in tempore, & æditam de muliere fuisse. Consequitur uelit nolit sic manentem, uel hac de causa creaturæ nomine comprehendendi, quod re ipsa facta & formata, & à uerbo æterno assumpta est.

Quomodo
negatum sit
filium esse
factum contra
Arrianos.

Haud ignorat autem, hac potissimum causa non concessum quondam Arrianis fuisse, ut factus esse filius dei diceretur, quia et creaturam esse constitisset, si factum esse concessum fuisset. Quod tanta tamen illis est asseueratione negatum, ut & ex fide quæ secundum scripturas est, Nicæa Synodus tunc ædito in symbolo præscripserit ne factum esse filium æternum, sed genitum duntaxat de deo crederemus. Iudicent igitur pii Lectores, utri detrahant gloriae Christi, & eundem ignominia afficiant, Nos ne, qui naturam in domino cœlesti factam & assumptam, basim scilicet & fundamentum gloriae tum Christi, tum nostræ, creaturæ nomine stabilimus? An illi potius, qui manere quidem illam fatentur in gloria, uerum priuare creaturæ nomine pergunt, ut uero simile fiat, uel non esse factam, quo minus & creata dici queat, uel certe aliud factam, siue in deum translaram, siue

sue æquatam Verbo, naturæ suæ proprietate euacuant.

Testati autem iam ante sumus, & iterum testamur, non docere nos aut sentire Christum sic esse creaturam ceu gloriosæ carni eius incommoda illa tribuenda censeamus, quæ ante gloriam in infirmitate sustinuit, longe minus, ut lege naturæ ac uelut obnoxius peccato de Dauidis lumbis prognatus uideri debeat: sed quod substantia natura & proprietate hoc ipsum in gloria existat, quod in sæculo fuit, nimirum essentia carnis, ex muliere factus & natus. Nisi enim factam esse agnoscamus humanam naturam in Christo, necesse habebimus uel deum esse Christum iuxta hominem, uel nihil esse humanam naturam in Christo confiteri. Non permittit autem gloriæ sublimitas, ut ullam infirmitatis contagionem ulli substantiæ gloriosæ tribuamus. Omnino enim, Paulo teste, deficientiam & uanitatē illam quam *ματαιότης* uocat Apostolus, unā cum expectatione & gemitu emendat & aufert, ut nec mutationi, nec seruitutē, nec corruptioni, nec inconstantia (quæ incommoda Germanice, *Verwacklichkeit / dienstbarkeit / zerstörung / vnd eytelkeit* / uocare queas) ulla amplius parte obnoxia aut subiecta sit, sed solida sint constantiaq; & firma, præterea libera & spontanea, & ut breuiter dicamus, absoluta perfectaq; omnia. Talem autem substantiam, tale corpus Christi, talem carnem, ossa talia, sanguinē talem in gloria cū statuimus,

D. VADIANI ANTILOG:

& facturam esse, quæ ex humilitate in sublimitate translata sit, agnoscimus: quid, oro te, impediat, quo minus uoce trita & omnibus nota, uel Græca κτισίμ, uel Latina, creaturâ cum patribus sanctis & sanis interpretibus nominemus?

Stultum dicitur
gladiari de
nomine, ubi
de re ipsa
conuenit.

Quod si tanta est quorundâ morositas, ut nomen creature non appositum modo ad rei quam spectamus significationem, sed etiam honestum & nulla unquâ à Grammaticis, quod sciam, infamia notatum, ferre commode non possunt: Age, donent nobis uel facturæ uocabulum, uel saltem texture, qua ueritissimus scriptor Tertullianus usus est, & illa nos recte ui posse concedant, quo semel dissensionem omnem finiamus. Stultum enim fuerit de nominibus digladiari ubi de re ipsa cõuenit. Interim nos contra, & Creaturistas uocari, & horum in numero censerî patiemur, qui creaturismum tueri pergant, modo dederint nobis substantiam carnis factam, & suo natam tempore, in domino glorioso, in cœlestibus regnante & triumphante, inuiolabili naturæ suæ proprietate manere & consistere. Recte enim & plene Augustinus omne quod est, ita partitur, ut aut æternum sit, & non factum: aut factum sit, & non æternum. Quod factum est, creatura est: quod æternum est, solus & unicus deus est, extra omnem mutabilitatis & imperfectionis aleam positus, ut cuius gloriæ status æternus sit. Cum Christus interim iuxta carnem humiliatus & exinanitus uel uanitati obnoxius fuerit, nimirum maledictio, &

uermis,

uermis, & nouissimus uirorum, appellatus, per-
 cussus etiam à patre, & ad necem traditus, mortis
 etiã atrocitate percussus, scriptura teste, fuerit. Vox
 enim *ματάιότης* apud Apostolũ Roma. s. aliud
 non significat, quã naturæ infirmitatem, qua
 creatura uel citra peccatum frustrabili & transito-
 ria conditione grauatur. Quo sensu & à Salomo
 ne caduco rerum omniũ statui & conditioni mu-
 tabili, Vanitas uanitatũ attributa est. In Psal. quo-
 que 3. s. Ecce, inquit propheta, mensurabiles posui
 ssi dies meos, & substantia mea tanquam nihilũ
 ante te. Veruntamẽ uniuersa uanitas omnis ho-
 mo uiuens. Veruntamen in imagine transit ho-
 mo, sed & frustra conturbatur, &c. Vt igitur cœ-
 los novos, & terram nouam Esaias polliceur, &
 ei subscribit Apostolus Petrus: ita et homo nouus
 in gloria futurus, transitoria omni corruptibili-
 tate exiit, quicunq; ex homine natus est. Vnde
 illud Apostoli 1. Cor. 15. Nunc autem Christus re-
 surrexit ex mortuis, primitiã eorum qui dormie-
 rant, fuit, &c. Cuius rei gratia dominus primoge-
 nitus omnis creaturæ, non modo iuxta naturam
 diuinam (ut ab Apostolo Coloss. 1. uocatus est)
 sed etiam iuxta carnis acceptam gloriam, dici re-
 cte potest, quia & regenerarum iuxta carnem à re-
 surrectione Paulus docet Act. 13. & ex mortuis, ex
 multis ex fratribus primogenitum esse, sancta ip-
 sum scriptura confitetur. Primus enim accepit, &
 inenarrabili quidem plenitudine, quod creaturæ
 ad gloriam destinatę suo quęq; ordine accipient.

D. VADIANI ANTILOGIA

Sed hac de re in præsentia satis dictum sit.

Christus la-
pis & fun-
damentum
ecclesiæ.

Ad reliquū quod attinet, palam est quod Christi nec lapis nec fundamentum diceretur Apostolis, nisi & homo factus fuisset, quo nomine & propheta uetus lapidem eum futurum prædixit, quo nos de corporis eius soliditate certificare. Neque pater cælestis uel lapis dicitur in scriptura, quod equidem sciam, uel fundamentum, sed Christus dei filius incarnatus. Natura enim lapidis & fundamenti filio hominis competit, iuxta naturæ assumptionis dispensationem; necesse enim est fundamentum quadrare cum structura, & anguli lapidem cum parietibus qui in ipso cōeunt & conueniunt. Ut igitur in structura creaturæ nouæ ueritas, ita & in fundamento & angulo substantiæ factæ & creatæ, sed & regeneratæ, ueritas & certitudo deprehenditur. Lapis ergo & in gloria Christus, quem pharisæi ædificantes reprobauerunt, Act. 4. Lapis, ut apud Danielem legimus, sine manibus excisus, sine uiri opera de spiritu sancto in Virgine conceptus & homo factus: Mons Zion, ædificium spiritus, robur credentium, & fortitudinis turris, cornu salutis in domo Dauid. Et lapis quidem anguli quo duo populi macerie diruta in unum nouum hominem conditi sunt, & reconciliati deo, Ephes. 2. Cuius opus & templū & structura sancta est ecclesia: quæ ipsa, tametsi iuxta carnē in qua cū Christo fratre cōmunicat, uera etiam nū creatura est, uanitati & expectationi subiecta, tamē iuxta spiritū & ho

& hominem nouum, iuxtaq; carnem in domino crucifixam & sepultam extruitur super Iesu fundamento, & coagmētatur in templum sanctum, in quo conciuēs omnes & domestici dei infirmī licet perq; omniā tentati, Lapides tamen per fidē (ut Petrus ait) uiui cōædificantur in habitaculum dei, Philip. 2. Quod si membra in cōsum ueniunt creaturæ etiam in gloria, quomodo non et caput ueniat?

Mirum autem quid à Gaspare sit spectatum, hoc in loco affirmante, Deum non admittere tabernaculum præsentis creaturæ, cum ipse tamen Christus docuerit, mansionē se cum patre facturum in fidelium cordibus, Ioan. 17. Et Apostolus fideles huius sæculi miseros nimirū & maculationi deputatas creaturas, templū esse dei confirmet, 1. Cor. 3. Sed de cœlesti fortasse tabernaculo locutus est. Quanquam locus Pauli Hebr. 9. non de tabernaculo patris, sed Christi sacerdotis, mediatoris & ppitiatoris nostri throno meminit: quod ut maxime sit etiam patris tabernaculum, tamen constat illic uocabulo κτίσῶς, id est creaturæ, nō rem quatenus à deo facta & ædita est, sed structuram & ædificium hominis manu paratum significare. Opponitur enim thronus gloriæ Christi & templum cœleste, Templo Salomonis magnis sumptibus extructo: & cœleste terreno præfertur οὐ ταύτης τῆς κτίσῶς non huius, hoc est, humanæ structuræ, quale ante fuerat Salomonis moles. Sequitur enim mox: Non enim

in manufacta ingressus est Christus, exemplaria
 uerorum, sed in ipsum cœlum, &c. Admonuit au-
 tem translatione sua & Erasmus, κτισί φ hoc loco
 non creaturam, sed structuram significare.

VIII.º

IAM & corpus et caro Christi, inquit Gaspar,
 inuisibilis animæ cibus esse nequiret, si creatu-
 ra foret. Tolleretur præterea fructus omnis
 cœnæ dominicæ, nec esset quo ad uitam æternam
 cibaremur, si corpus, carnem, & sanguinem Chri-
 sti, animæ cibum non haberemus. Credere autē
 non potest, cibum esse Christum à fidelibus in cœ-
 nâ sumptum, qui creaturam esse etiamnum existi-
 mat. Vnde omnino consequatur, doctrinā illam
 consistere non posse, sed mutam futuram, & ne-
 cessario casuram esse.

Assentior equidem hoc in loco Gaspari existi-
 manti casuram esse doctrinam quæ cum offen-
 sione seu scandalo sit cōiuncta. Verum sua ne sit
 eius notæ, an nostra potius, nec suum fuerit, arbi-
 tror, nec nostrum, pronunciare, sed aliorum erit
 iudicium: & horū in primis qui in scripturis con-
 ferendis, spiritum illum, ueritatis magistrum, ab
 omni procul ambitione & contentione semotū,
 uelut ducem aliquem sequuntur. Nobis interim
 ex officio non nisi partium munere fungētibz:
 quando semel ita uisum est, ut litem nostram face-
 remus.

Quando

Quando igitur ipse autumat fructum cœnæ semel omnem tolli, si creatura sit in gloria dominus, nec ullam affert causam cur ita sentiat: Ego contra, Cœnæ fructum omnem tolli assero, si nō sit creatura dñs. Fructum enim cœnæ statuo primum in ueritate carnis Christi in crucem traditæ, & sanguinis Christi in cruce fusi, deinde & in fide certa, quæ illa præhendit, dijudicat & intelligit. Hæc enim duo, si tollas de sacro illo cōuiuio, quem, oro te, fructum habebimus, quo arcano illo redemptionis satiemur, & quo spem nostram confirmemus? aut quid aliud quàm nuda symbola in cœtu illo spiritalis structuræ, edemus aut bibemus? Veritas autem carnis Christi & sanguinis, illinc pendet, unde & orta est. Ex uirgine enim Maria, si genita non est, nec de Dauidis aut Abrahami semine, iuxta promissionem deducta & propagata est, nec in tempore plenitudinis, & sub lege nata & ædita est, profecto creatura non est. At uero factus est Christus iuxta carnem, scriptura teste, ex semine Dauid, semine Abraham: & homo factus, iuxta hominem à uerbo assumptus est. Igitur & creatura est, etiam in gloria, quia ex mortuis de semine Dauid suscitatus est, 2. Tim. 2. Subuertit autem & tollit (quod iam sæpe inculcauimus) & euacuat factæ & natæ naturæ substantiam in Christo, qui suis eam proprietatibus exuit, priuat, & spoliat. Illa interim quæ hominis sunt diuinæ naturæ adæquans, uel ita in Verbi cōmunionem transferens, ut quod Verbi est in glo-

Fructus cœnæ primus in fide quæ credit uerā carnem pro nobis traditam.

70 D. VADIANI NATILOG.

ria, hoc idē & carnis in gloria exister, id quod palam à Gaspare affirmatur, insuper arbitrate, nec in cordibus habitare fidelium Christum, nec escam esse in cœna aut potum posse, si nō corporea sua essentia & proprietate credentium mentes eo modo penetrat & possideat, quo modo Christus iuxta spiritum & naturam qua deus est, corda nostra penetrat & possidet. Ad hunc autem modum sentire, aliud non est, quam carnis nostræ soliditatem in Christo non modo in terris (quod recte quidem fieret) sed ipso etiam in cœlo negare & auerari. Tolle soliditatem corporis Christi de sede cœlesti, & simul carnem ueram de cœna, quam celebramus, tulisti, sanguinē etiam quem bibamus, abalienasti. Tulisti enim nobis ueritatem Christi cum discipulis cœnati, in hortū profecti, ex hortu in uincula, ex uinculis in crucem rapti, ex sepulchro item solido in corpore suscitati, solido etiam in corpore in cœlos subuecti. Et ideo tulisti, quia corporis ueritatem, cum substantiæ spiritualis ueritate confundisti: Negans cibum esse posse corpus, nisi idem corpori tribuamus quod spiritui tribuimus: Et potari ad uitam sanguinem negans, nisi hoc ipsum sanguis sit, quod spiritus est. Longe aliud nos dominus ipse docuit Ioannis sexto cap. Caro mea uere cibus est: & sanguis meus uere est potus, &c. Et ne spiritalem aliquam carnem à solida sua & uere humana diuersam imaginaremur, discrete adiecit, & dixit, Panis quem ego dabo uobis, caro mea

Vera caro
& uerus
tan uis do
mini uiuifi-
cus cibus.

mea est, quam ego dabo pro mundi uita, Caro, inquam, hæc mea iam nunc fragilis & mortalis, quam in crucem milites rapiunt, quam clavis affligent, quam lancea cōdient. Hæc sola uiuificus cibus erit, solius eius sanguis uiuificus potus. Quam sanè nec in spiritum dilui & dissolui necesse est, quo cibus uitalis fiat: spiritus enim nec ossa nec carnem habet, sicut habet corpus Christi: nec rursus conceptis uerbis è cælo detrahi, & symbolis includi, & subijci sensibus, non enim lanienam uelut à macello, sed cœnam & Eucharisticam quidem dominus instituit. Et audiunt Christum, qui sic cogitant, grauius admonentem, Verba sua spiritum & uitam esse, carnem sic præhensam non prodesse. Quid igitur? Christus seruator non modo caro est, sed etiam Verbum caro factum. VERBI igitur diuinitate usu tenet, ut & carne Christi uera & sanguine eius uero cœnantes reficiamur. Nam si modo alio cibus esse Eucharistiæ nequit Christus, quàm illo qui à Gaspare proponitur, Constabit, arbitror, in primo illo & omnium sanctissimo conuiuio, nec datum uere à Christo corpus suum, nec uere sumpsum ab Apostolis fuisse, quippe inglorium erat, ut ita dicam, iam tum corpusculum illud Iesu illibarū, quod ad cibū tamen discipulis in cœna traditum est, & sanguis nondum fusus, sed crastino primum fundendus, ad peccatorum remissionem, in calice eporatus est. Dubitari enim

D. VADIANI ANTILOG.

non potest, discipulos illos discumbentes ab ipso magistro cœnam longe maximo desiderio conseruante & dedicante, corpore suo & sanguine, pleno & efficaci cū fructu satiatis fuisse. Aliud enim aut aliter ecclesijs traditū non est, quàm quod ille instituit & tradidit. Nisi aut fallor, Gaspar ipse in libro illo quem de Manducatione aduersum Lutherum & Fabrū scripsit, aliū nobis modū manducationis in cœna, quàm iam nunc profiteatur, ostendit: & præstitisset fortasse priorē illum sequi quàm posteriorē obrudere. Apostolus enim ad Corinthios scribens certam quandā eius mysterij rationem cōplexus, docet patres nostros eundem cibum et potum suis in symbolis mysterijsq; habuisse, quem hodie nos in nostris habeamus, sed spiritalem uocauit, haud illa quidē causa ceu spiritus futurus esset Christus iuxta carnē, sed quod non sensu ullo cū symbolis, figurisq; sed animo solo, & fide quidē illuminato, ad uitam & salutē sumeretur. Siquidem illis, ut nobis, serpens ille uerus humi repens, Iesus Christus exinanitus, caro ex hominibus assumpta, ac deinde ad eluendum serpentis morsum in cruce exaltatus, cibus illis unicus & solus fuit quo uitā sunt assecuti. Neq; aliud sub Agno & Manna, & unda Petræ sumptum spiritu, quàm caro Christi pro mundi uita suspensa, & sanguis in peccati remissionem effusus. Vna enim illi nobiscum ECCLESIA sunt: unum caput nostrum, habent Christum: una nobiscum gloria cōsummabuntur, Hebr. 12. Nobis sanē

Modus mā
ducationis.

sanè uiuificus & solidus quidem sacra illa in cœna cibus est, Christus Iesus è Virgine natus, passus pro nobis & mortuus. Huius corpus uerum, crucifixum, & sanguinem simul in cruce fufum, uerum sumere nos in cœna testamur, nec sic spiritalem facimus cibum, quando spiritalem esse asserimus, tanquam è uera substantia carnis Christi & sanguinis eius spiritum faciamus (quale quid docent qui creaturæ nomen naturæ illi assumptæ detrahunt) sed spiritale, sensibili & circumscripto opponimus, & modum, non substantiam significamus.

Habent enim, piorum omnium consensu, sacramenta, externum & elementarium, sed consecratum ramè & sacrosanctû, quod omnîu oculis expositum, sensu ipso animoq; præhenditur: habent & internum & in recessu positum, quod ipsum licet unà cû symbolis uerbo præeunte ecclesiæ offeratur: nō accipit ramè ullus sensus, sed animus solus, et fides in causa est, ut sic animo præhensus & sumptus dominus, longe ualidior uergetiorq; nobis cibus fiat, quàm ullus esse sensibilis & corporeus possit. Proinde ut Apostolis ille cibus fuit, ille, inquã, consecrator & dedicator cœnæ: ita & hodie ecclesijs omnibus cibus est, Atq; illis quidem dominus mortalis affedit, nobis adest immortalis, sed idem tamen cibus & porus, & eodem modo datus & sumptus. Dum enim symbola erogantur per ministrû in ecclesia, Christus in cœlos subuectus, carne ipsa nos satiat quidè &

In sacramentis externis & internis est.

sanguine reficit: at uero nō corporis, sed fidel' senti-
 tu tangitur. Est enim ὁ ἀγῶς ἐπιτόσιος domi-
 nus ad spiritum præcipue pertingens, & superna-
 turali uiuificatione confortans, neq; quicquã ha-
 bens cōmune cū elementaria illa & sensibus ex-
 posita nutritione, quæ ore excepta, derita denti-
 bus, & hausta in gluuie uentriculo conditur. Nisi
 interim & panem corpus Christi, & uinū sangui-
 nem eius dicere, & carni etiam hac à parte Eucha-
 ristia' usum uendicare libet: quod sanè, ut in my-
 sterio, minime impie faciunt, qui uidem & sym-
 bola de rebus quarū symbola sunt, nomina mu-
 tuari. Hunc enim morem antiquissimis ecclesijs
 fuisse uetus auctor Tertullianus hoc ipso ostendit,
 quod ait: Caro corpore & sanguine Christi
 uescitur, ut et aīa de deo saginetur. Alibi enim pā-
 nē corpus esse Christi dixit, quia corporis Chri-
 sti figura sit. Cæterū, nos hoc loco non de mysti-
 co, sed uero corpore & sanguine Christi loqui-
 mur. Et certò nobis persuademus, neminem ha-
 ctenus fuisse ex doctissimis illis uiris, qui proximis
 annis multa cum controuersia negotiū Eucha-
 ristia' discussissent, cui uel in animum uenerit,
 alium, pro suæ sententiæ confirmatione, uel
 credere in cælo, uel docere Christum esse, quàm
 qualis & excitatus & Apostolis conspectus, abi-
 tuq; omnium oculis expositus, ad patrem profes-
 tus est. Quo in statu si durat immortalis, ut idem
 sit iuxta corpus Christus in gloria, qui fuit in sæ-
 culo. Dubitari, puo, nequit, quin ut origine factura

Symbola
 nomina ea-
 rum rerum
 mutantur
 quarum
 sunt sym-
 bola.

ctura & creatura est, ita & substantiæ conditione
 factura & creatura maneat. Rid. ant igitur nos,
 & cachinnis etiam aspergant stolidi quidam Mi-
 sofarcæ, dum & Creaturistas uocant, nomine no-
 uo, & mire nauseant quod in Cœnis nostris Do-
 minicis creatura fouemur. Fauemus illis spiritū,
 & ut pneumatici euadant, æquo animo ferimus,
 modo agnoscāt, nō habere se in cœnis suis aliud
 à symbolis quod accipiant, dum præter etiam cœ-
 nam, carnem Christi ueram substantia & essentia
 sua fidelium mentibus infundunt.

IX.

ET iisdem quidem de causis ruit argumen-
 tum Gasparis, negantis sanguinem Chri-
 sti sanguinem esse testamenti æterni, si crea-
 tura sit dominus, &c. Quia diuinæ esse & naturæ
 & conditionis oporteat, quæ sunt noui & æterni
 testamenti. Ad hæc, ne asperisionis quidem san-
 guis foret hoc modo, inquit, neque in corda &
 animas credentium peruenire posset. Quod fides
 tamen exigit, & præscribat, iuxta illud Pauli Ro-
 manorum 3. ca. Deus proposuit nobis Christum
 reconciliatorem per fidē, interueniente eius san-
 guine, &c.

Constat enim sanguinem æterni testamen-
 ti fieri non potuisse, nisi talis fuisset, qui &
 hauriri & faucio ē corpore fundi potuisset: quod
 sanè hac potissimum de causa accidit, quia

Sanguis
 Christi æter-
 ni testamen-
 ti sanguis,
 tamenli crea-
 tura.

qui fudit creatura factus est, ad passionē & mortem destinatus. Scriptura enim sanguinis nomine per quem nouū testamentū dedicatum est, nō illum modo diuinū & spiritalē factum intelligit, qui in Christo super cœlos exaltato diuina gloria præditus est, sed hunc etiam maxime, qui in ignominia & doloribus mortis fusus est, qui truncum crucis madefecit, qui clauos tinxit, qui lanceā lateri immisam libauit. Quare et sanguinē crucis, hoc est fustum in cruce, uocauit Apostolus, Col. 1. Et eum ipsum sanguinē Christus ipse in cœna discipulis suis poculo mystico & consecrato exhibuit, dicens, Hic est sanguis meus qui est noui testamenti, qui pro multis EFFVNDITVR in remissionē peccatorum, Matth. 27. Non autē in gloria & ἀποθέσει, sed in humilitate, seruitute, angore, dolore, in infami deniq; & horribili crucis supplicio sanguis ille effusus est. Licet recte in ipso domino suscitato, & in cœlos assumpto elogium gerat triumphi æterni. Vnde illud manat Apostoli Rom. 3. quod à Gaspare citatur, de recōciliatore Christo. Et itē illud Ephes. 1. et Col. 1. Per quē habemus redemptionē per sanguinē ipsius, remissionem peccatorū iuxta diuitias gratiæ, &c. Hebr. enim 2. ca. legimus, q̄ filius ille dei uiui Christus, purgatiōe peccati per mortē facta & cōsummata rediuiuus ipse in dextra cōsederit maiestatis, &c. ut nō in cœlo immortalis, sed mortalis in terris redemptionis nostræ & testamenti æterni mysterium absoluisse, credi oporteat. Iuxta suam ipsius doctrinā

doctrinam Ioan. 3. Sicut Moses exaltauit serpente-
 tem in deserto, ita exaltari oportuit filium homi-
 nis, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed
 habeat uitam aternā. Apostolus quoq; in altum
 eum ascendisse tradit, non uelut uicturū, sed ut Vi-
 ctorem, per quem omnia in hoc saeculo consum-
 mata fuerint. Ephes. 4. Per hunc testamenti san-
 guinem deus Pater a mortuis reduxit pastorem
 illum ouium magnum dominū nostrum Iesum.
 Hebr. 13. Et extra portam est passus, qui sangui-
 ne proprio sanctificauit populum, non glo-
 rioso illo in deū assumpto, sed humano in Chri-
 sto & extra portā fuso, In Golgatha uidelicet, &
 inter latrones, ubi omnes, qui Christo fidimus,
 longe maxime sanctificari sumus. Huius gratia
 reconciliator est dominus & uerbum eius, ser-
 mo reconciliationis dictus, 2. Cor. 5. si modo fi-
 des quæ iustitiæ per sanguinem impenitæ ca-
 pax est, interuenierit. Nam & patres sub lege a-
 gentes, idem sanguis fide interueniente sanctifi-
 cavit, ut qui eundem nobiscum fidei spiritum ha-
 buere, 2. Cor. 4. Vnde illum iam nunc in gloria,
 merito semel oblatæ uictimæ, sacerdotem uni-
 cum & mediatorem esse coram facie patris confi-
 temur. Neq; obscurum est, quomodo fides no-
 stra sese ad sanguinem referat crucis, & totum
 atrocissimi supplicij eius creaturismum, quum su-
 pra sit ostensum Christum non tam gloriosum,
 quàm humilem & suprema in ignominia posi-
 tum, uulgarissimum esse fidei nostræ obiectum,

in quo & ancoram consolationis & spei omnis
ante omnia fidelis animus locet & figat. Quo-
modo ergo non sanguis noui Testamenti, san-
guis Christi, si creatura sit, & diuinæ naturæ non
sit, qui tanta in humilitate & despectione Sacra-
mentum æternæ redemptionis absoluit? Sed tæ-
det profecto in re confessæ, multis admonere
quod nemo non nouit, Cum nihil sit ex omni
humilitate uitæ & mortis Christi, quod non ad
Testamentum à domino Iesu præstitum incli-
net & tendat. Gloriatur enim Apostolus in cru-
ce domini nostri Iesu Christi, quæ mundo non
dico creatura, sed stultitia est, à Deo tamen ad tra-
ducendâ mundi sapientiam electa, prima Corin-
thiorum primo: Sed & stigmata quæ Iesu no-
mine corpore suo exceperat, hoc gessit libentius,
quo magis ad dolorum & afflictionum Christi
communionem accessit. Aspergimur autem san-
guine, dum ipsum fide recipimus. Nam &
Patres dedicatione illa testamenti, qua sangui-
ne pacificorum ab extra aspersi sunt, intus & in
corde per fidem uerum illum & in cruce sum-
sanguinem, fecerunt suum, & illo ipso ad pecca-
ti remissionem sunt delibuti. Et omni in asper-
sione legali propositum sibi Christum cognoue-
runt, qui sanguine suo Israellem esset liberaturus.

Geminis
symbolis to-
tus Chris-
tus offertur
ecclesie.

Sed declinanda hoc loco est uulgi opinio,
sanguinem à carne separatim cogitans, dum
& sanguini suum Symbolum Christus in cœna
attribuit. In sola enim cruce & ipso redemptionis
opere,

opere, sanguis à corpore diuisus, hoc est fusus est,
 sicut & anima à carne Christi morte separata est.
 In cœna omni, sanguis Christi, Christus est: Ca-
 ro Christi, Christus est. Et geminis quidē in sym-
 bolis Christum nobis offerentibus, memoria re-
 demptionis à Domino est instituta, ut altero cor-
 poris quidem traditi, & ad crucem fixi: altero san-
 guinis fusi, commemorationem perageremus,
 donec rursus è supernis adueniret. At totus ta-
 men in utroq; Christus accipitur, nec pane offer-
 tur quod calix non habeat: neq; contra, in Cali-
 ce datur, quod non habeat panis. Quemadmodū
 & Patres non in Agni modo simbolo, sed aquæ
 etiam figura, totum Christum, Apostolo testan-
 te, habuerūt. Porro ut nulla in lege sine sanguine
 uictima fuit, ita & de se dominus idem testatū fa-
 cere uoluit, ne nō ueram uictimam peculiari san-
 guinis memoria pro nobis factā esse intelligere-
 mus. Obiter igitur aperit sese Pontificū quorun-
 dam Ecclesiæ Romanæ audacia & impietas, qui
 sacrificium Eucharistig, ecclesiæ ademptum, nulla
 magis quàm sordidi lucri causa suum fecerunt:
 nisi enim maius quiddā præstare & perficere pri-
 uato suo sacro uideri uoluissent, quàm Ecclesia publi-
 co & legitimo usu cœnæ præstitisset, altero & ipsi
 simbolo contenti, totum Christum, uel pane uel
 uino consecrato obtulissent, sed utrunq; & qui-
 dem manifesto abusu retinuerunt, Ecclesiæ autem
 (cuius solius erat inuiolatā institutionē memorię
 corporis & sanguinis Christi sacro illo exercere

& colere) ademerunt nullo iure, quod ei à Christo erat donatum. Sed gratia domino, quod error tam impius ægre aliquot sæculis & nulla iusta causa defensus, hodie tanto numero ecclesiarum optime sentientium oppugnatur, ut spes esse queat, brevi illum cum uniuerso sacrosanctæ Eucharistiæ abusu casurum, & ecclesiam, non contraminata ut antea à ministris, sed iusta, sancta & legitima habituram esse, quæ à Christo Iesu, ad Patrem abituro, non uni, aut paucis, sed semel omni fidelium cœui instituta, tradita, & relicta sunt.

X.

Filius hominis iudex futurus.

Quomodo uenturus sit in iudiciũ.

AC ne Iudex quidem esse posset, inquit Gaspar, die supremo Christus, si creatura foret. Ego uero, si creatura nõ est iuxta carnem Christus, non uideo quomodo iudex esse possit secundum scripturas. Vt filius enim hominis iudicabit, & filius hominis ad iudicium ueniet. Hominis autem filium esse quid est, oro te, aliud quàm creaturam esse? Christus autem ipse Math. 26. Verumtamen, inquit, dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis & uenientem in nubibus cœli. Et Ioan. 5. Pater dedit filio potestatem iudicandi quoq̃, quia filius hominis est. Lucæ item 21. Virtutes cœlorum mouebuntur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate & gloria magna &c. Quomodo filius ueniet hominis, & quidem

quidem conspicuo aduentu, si non circumscripto & definibili est corpore? Augustinus enim uigesimo libro de ciuitate Dei, in ea carne uenturum ait ad iudicium, in qua uenerat iudicandus. Et in uigesimum quartum cap. Matth. Chrysoftomus, ita uenturum existimat corpore crucifixo, ut non solum cicatrices, sed ipsam etiam exprobratissimam mortem ostensurus sit. Similia enim prodicit scriptura: Videbunt in quem pupugerunt. Ioan. 19. Apocal. 1. Quæ loca Augustinus, & ipse etiam Ambrosius de conspicuis uulnerum stigmatibus interpretantur. Stigmata uero nemo sanus ei corpori aut carni tribuerit, quæ sic spiritalis dicitur, ut ne in loco quidem esse aut contineri possit: negat enim Gaspar Christum amplius circumscripto corpore esse, ut supra demonstraui-
 mus. Negabit igitur, conspicuum Christum in iudicio futurum, & fide scripturas non dignabitur, quæ & nostris corporibus quantumuis spiritalibus conforme, & corpus Iesu gloriosum finitæ & circumscriptæ naturæ esse palam indicant. Actorum enim primo capite, conspicuum euntem ad Patrem, omnium ex oculis nubes abstulit. Et angeli testantur sic editurum ut abiit. Alio loco monet discipulos uti falsam & ostentaram corporis sui præsentiam, ne credant, siue hic esse, siue illic indicetur: nõ credant autẽ, donec ipsum uideant cœlesti cum gloria redeuntem. Matt. 24. Alibi oues ab hædis separantur in iudicio: & oues quidem ad dexteram, hædi autem ad fini-

fram. Nec me latet quid de dextro & sinistro Hieronymus Comment. in Epistolam ad Ephe. sentiat, tamen quia corpora gloriae vere corpora futura sunt, licet spiritualia futura sint, profecto à loci discretione, & intervallo minime aliena erūt. Hanc sententiam confirmant quæ apud Apostolum 1. Thess. 4. in hæc uerba scripta sunt: Ipse dominus cum hortatu & uoce archangeli, ac tuba Dei descendet de cælo: & mortui in Christo resurgent primū: deinde nos qui uiuimus, qui reli qui erimus, simul cū illis rapiemur in nubibus, in occursum domini in aera: & sic semper cum domino erimus. &c. Quod in occursum rapitur, corpori circumscripto & locato occurrat, necesse est. Sed & in throno sedenti Christo & iudicanti Apostoli assidebunt. Matth. 19. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Matth. 19. Ioan. autem 14. Abiturum, inquit, se ad Patrem, mox inde uenturū, ut ubi ipse sit futurus, ibidem & nos simus. Sed & Apost. 1. Cor. 15. Ordinem facit corporum in gloria futura, primitiās autem Christū. Et Col. 2. Christum per fidem in cordibus fidelium, manentem iuxta carnem & corpus, non in terris, sed in supernis quærendum admonet. Lucæ præterea 16. cap. in uerticillum ingens, non quidem inter corpora, sed ipsas inter animas beatorum & damnatorū, Christus ipse statuit. Sunt enim & animæ nostræ perinde atq; Angelicæ substantiæ sic finitæ & limitatæ, ut

te, ut non nisi unius loci appellatione teneantur, nec ubiq; sed aut hic aut illic existant, quod de anima Christi, apud inferos & in Paradiso agente, supra ostendimus. Postremo abeundi ad Patrem & redeundi aut ueniendi ad iudicium, uocabulis notis & tritis adeo scriptura sine omni tropo uitur, ut non possit usquam sine euidenti loci notatione intelligi, nec dubitari sinant, quin, quemadmodum dominum è loco ad locum ascendisse ostendunt, ita uel Apostolo teste, 1. Thess. 4. eundem de cœlo in aera descensurum conuincant: quod fieri tamen non posset, si Christi corpus finitæ & limitatæ conditionis non esset in gloria, atq; ea etiam causâ creatura non esset.

Ambigit quidem uulgus, qui fieri queat, ut die illo supremo Christus tanullo corpusculo certâ uno aliquo in loco ab omnibus omnium sæculorum gentibus possit? Sed sensum illum popularem & uulgo dignum, hoc ipso diluimus, quod plane constat, iudicium supremum, non nisi inter homines transmutatos & spiritales factos, ab ipso Christo dudam glorioso, futurum esse. In foro igitur illo iudicij, longe maximi & maxime publici, in quo de capitibus omnium ageretur, & sine Patrono quisq; pro se causam dicet, nec mens amplius nec oculus animalis erit, & omnia non per speculum ut antea, sed de facie ad faciem intuebimur. Ut prope ridiculi sint, qui tam carnali & tam crasso modulo sese mentientes, non cogitant, à resurrectione nec mor-

col. 111. v.
120. q. 1.

Quomodo corpus Christi
cōspici possit
ab omnibus.

AD D. VADIANI ANTILOG.

Vallis Iosaphat.

tali nos & caligante aspectu, sed spiritali, perspicaci, & illuminato ingentem illam gloriam Christi ad iudicium venturi excepturos. Quanquam Diuus Hieronymus super illo Iosaphat ultimo, Congregabo omnes gentes, & deducam eas in uallē Iosaphat &c. de supremo iudicio exponens, haud locum ullum certum, sed subiectionem potius & humiliationem eorum qui iudicabuntur intelligat, Vallē autē Iosaphat dominici iudicij interpretatur: nec enim aliud sonat Hebræis Iosaphat, quam domini iudicium. Libro autem uigesimo de ciuitate Dei, sanctus Augustinus, tempus iudicij quam longū aut breue sit, incertum esse ait: uelut innuens, supremum illud iudicium non ita expresse delinatum in scriptura, ut credi oporteat, sic futurum uno momento, toto in orbe, ut non multis in partibus orbis uno momento possit singillatim celebrari. Verum curiosa illa, ut omittamus, satisfacet instituto nostro confessæ scripturæ ueritas, quæ ita uenturum ad iudicij diem Christum testatur, sicut abeuntem ipsum Apostoli inuisti sunt. Veniet igitur corpore illo crucifixo, excitato & in caelos subuecto: quod quia factum est & ex semine Dauid assumptum & de carne excitatum est, Creaturam esse iuxta corpus Christum futurum Iudicem necesse est.

XI.

VNDECIMO argumento, Si Christus, inquit, homo creatura foret in gloria, nō iam Deus

Deus, sed Propheta tantum, uel instar sancti aliquis esset, neque plus posset hodie quam Moses, uel Propheta, uel Sanctus aliquis, illorum de numero qui sunt in caelis. Quomodo autem & nos qui Christo fidimus, caro erimus de carne eius & ossa de ossibus eius? aut quomodo uera membra corporis eius? Quo ue in loco & statu ecclesia foret, & christianismus omnis, si creatura foret Dominus? Deinde peracerbe concludens, Ea de re, inquit, palam est, peregrinam illam doctrinam quae creaturam esse Christum asserit, nondum tenere & intelligere, quid re ipsa, uel Ecclesia, uel fides in Christum, uel homo Christianus existat.

O miseram ecclesiam Christi ab Apostolis usque ad saeculum nostrum deductam, miseros & Patres & Doctores, qui orthodoxorum in numero habiti sunt, qui, quoniam Christum secundum scripturas Creaturam esse in gloria affirmarunt, hac una de causa, quid Ecclesia, quid fides in Christum, quid homo Christianus sit, tam turpiter & tanta cum iactura sanctae doctrinae ignorarunt, Ecclesia etiam ipsa, seipsam ignorans tanto in errore consenuit. Beatum autem Gasparem, cui eam lucem inspirarit dominus, ut & primus & solus Christum in gloria creaturam non esse, obseruaret & compereret. Nihil hic iocor, nihil dico infestandi studio, in uirum illum praesertim, quem de facie licet non cognoscam, tamen amo, cum ob ingenij elegantiam, & uitae alioqui (ut audio)

D. VADIANI ANTILOG.

probitatem inculpatam : tum etiam, quod non
 nulla in lucem dedit, quæ & legisse me, & relege
 re etiam ubi uacat, non sine fructu, sum confes
 sus. Miseros esse illos, ex animo dico, qui Chri
 stum tot sæculis creaturam esse iuxta carnem do
 cuere, si iuxta Gasparis opinionem creatura non est,
 nam hoc modo ne Christus quidem ipse, recte co
 gnitus, nec scriptura quæ uerbum est Christi, pie tra
 ctata unquam, aut recte obseruata & cognita est.

Contra uero, ego (quod Gasparis pace di
 ctum sit) ex omnibus illis locis Argumentorum
 suorum & sedibus, præterea ex libro illo quem
 de cognitione Christi ædidit, qua licuit cura & di
 ligentia obseruari, aliud mihi persuadere non
 possum, nec sentire aliter, quam Gaspari ipsum,
 si Christum creaturam esse in gloria, simpliciter
 negare, neque ulla à parte creaturæ nomen illi per
 mittere, sed & humanam naturam diuinæ per
 gloriam coæquare, & in deum substantiæ factæ
 conditionem transferre, ut cœpit, pergat, non mo
 do non tenere quid Christus, quid fides in Chri
 stum, quid ecclesia Christi sit, sed suam etiam ipsius
 & aliorum qui Christo fidunt, salutem ignora
 re. Cui tamen sententiæ meæ adeo non tribuo,
 ut cupiam optimos quosque & doctissimos uiros
 quibus modo religio cordi est, hac de re cogno
 scere: neque enim hoc in me animo sum, ut pudeat
 mutare, bonorum iudicio, quod semel defenden
 dum receperim. Quanquam palam sit Gasparem
 in omnibus illis à se propositis argumentis, non
 aliud

aliud agere, quã passim excerptis, & noue etiam adhibitis acceptisq; scripturis, opinionioni suę fidem facere, nec probare interim cur quid sequi debeat, aut sequi necesse sit, sed obiter ac ceu in transcurso indicare tantum, quæ incõmoda sequamur, si Christum in gloria creaturam esse affirmemus. Hoc autem dum facit, simul & insultat liberius, & mordet etiam, ac plane iuxta Paræmiã $\pi\rho\delta$ $\tau\eta\varsigma$ $\upsilon\iota\kappa\eta\varsigma$ $\tau\circ$ $\epsilon\gamma\kappa\omega\sigma\iota\tau\omicron\upsilon$ $\alpha\delta\delta\eta$.

Cuperem autem, ut ante quoq; percipere me significauit, ut, quoniam hoc in loco palam negat Christum deum esse, si creatura sit, breuem saltem uocis à carne Christi tam morose summoq; explicariunculam in medium attulisset. Hac enim uia methodus præscribi & certa teneri tota in controversia ratio potuisset, quam utrinq; securi fuisse mus, uerum qua id causã prætermissum uideatur alibi diximus.

Multis autem modis intelligi potest creatura esse dominus. Nempe pura aut mera, ut Moses & Propheta aliquis, quomodo Hebion & Paulus cum cæteris eodem in ludo institutis, Christum creaturam esse docuerunt. Aut uerbi æterni respectu, sicut Arius Christũ filium dei creaturam fecit. Aut hoc modo creaturã, ut si carnem nostram assumpsisse dicatur, simul & culpam illam primæ uam & peccati contagionẽ assumptam esse consequi oporteat. Quo nomine Valentinus & Marcion & Apelles, carnem nostram Christo adimebant, nec permittebãt ex Patrũ semine & homine

201 D. VADIANI ANTILOG.

factam & natam, cōsequi putantes, ut si nostram
 assumpsisset, in seipso peccatum euacuasset, & re
 uera peccatum esset factus. Hos modos & nos à
 Christo usq; adeo summouenus, ut nec meram
 nec factam iuxta uerbi naturam, uel peccato ob
 noxiam creaturam unquam fuisse uel esse hodie,
 constantissime profiteamur. Duos tantum admit
 timus, Quorum altero creatura fuit in sæculo, iux
 ta Pauli descriptionem Rom. octauo, nimirum
 uanitati seu corruptioni, præterea & seruituti, &
 reliquæ carnis imbecillitati subiectus, in qua con
 ditione & ipse iuxta corpus gloriam cum gemitu
 expectauit: Altero autem, quo Christus sub
 stantia carnis, factus ex uirgine, cum ante uirgi
 nem iuxta carnem non esset, & in uirgine à uer
 bo assumptus, à morte ad uitam omnem ignomi
 niam, corruptionem, seruitutemq; & infirmita
 tem finientem, ad perfectissimum gloriæ statum,
 ea naturarum in se constantia translatus intelli
 gitur, ut teneat quod assumpsit, & quod fuit ma
 neat. Manere autem hoc modo in gloria corpus
 Christi, carne, sanguine, ossibus distinctum, hoc
 est uere humanum, Gaspar ipse agnoscit, sed
 λεπτολογίᾳ tamen distrahit. Non daturus no
 bis, ut, quoniam substantia illa in gloriam assum
 pra semper non fuit, sed omni scriptura teste fa
 cta est, & quia facta est, assumpta etiam à uerbo
 est, ea caussa consequi debeat, ut creatura sit. Cum
 tamen hac uel sola caussa, quod facta est, & ini
 tium habet, humana in Christo natura, indubi
 tata

tata etiam in eodem glorioso creatura existat. De me enim de Christi carne originis respectum, de me facturæ conditionem, de me naturæ proprietatem, hoc est, creaturam esse iuxta hominem Christum nega, & unionis ueritatem soluisti, carnis soliditatem euacuasti: & si manere interim dicas substantiam, non hominem in gloria, sed deum, & cōfusus quidem è naturis statuisti. Cum Paulo autem dicimus, superuacaneam esse fidem nostram, si Christus non eodem in corpore cælos ingressus est, in quo & mortuus est, & à mortuis à Deo excitatus est. Neq; erit, ut spem carnis nostræ glorificandæ in Christum gloriosum referamus, si saluam ille carnem suam in gloria non retinet. Iam ubi nostra fraternitas habebit locum? cuius in cælos abiturus meminit, inquit, Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem uestrū, Deum meum & Deum uestrum. Quæ nam illa aut cuius naturæ ueritate constabit fraternitas, si nō solida Christi in gloria quæ & in nobis, & ex nobis est, carnis substantia? Vbi gloriæ Christi participatio quam nobis communem, nimirum iuxta carnis similitudinē, pollicetur? Io. enim 17. ipse patrem alloquens, Eam inquit, claritatē quā dedisti mihi, dedi eis, ut sint unū sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum. Et ibidem: Volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut uideant gloriam meam quam dedisti mihi &c. Vbi similitudo de qua 1. Ioan. 3. Nondum apparuit quod fu

patri sumus: scimus autē quoniam si apparuerit, si
 miles ei erimus &c. Vbi conformitas nostrorum
 corporum humilium, quæ transfigurata ad for-
 mam accedat corporis eius gloriosissimi gloriosum
 corpus, re ipsa factum illud & assumptum in glo-
 ria non manebit: Non manebit autē si uoci creatu-
 ræ ita subtrahetur, ut ne uocare quidem creaturā,
 nedum cogitare in Christo audeas. Deniq; quo
 fides illa nitetur, qua saluos nos futuros promit-
 tit Apost. Ro. 10. si corpus illud uisum & prehensum,
 quod excitatum est, non itidem ad dextram
 patris collocatum est? Proinde iusta, ut arbitror,
 causa mouemur, ut dicamus ne suam quidē salu-
 tem satis tenere Gasparem, si Christum, ut carnem
 & hominem nostra causa factū, pro nobis mor-
 tuum & passum cognoscit, ita & excitatum in ea-
 dem carne ex mortuis & manente ipsa & sibi per
 omnia constante in cælos eleuatum, & ea dona-
 tum gloria, quā & nos olim simus inenarrabi-
 li gloriæ participatione uisuri, intelligat & credat.
 Ab hoc enim fidei & salutis fundamento, Apo-
 stoli in prima illa Iudæorum & gentium conuer-
 sione, doctrinam Euangelij sunt exorsi, quod ex
 Actis Apostolicis à Luca perscriptis euidenissi-
 me deprehenditur,

Vellem enim, ut aliquis mihi causam redde-
 ret, cur dominus noster Iesus Christus in carne il-
 la sua facta & assumpta, non iam mortali & in-
 firma, sed immortalis & gloriosa, deus esse ne-
 queat, si creatura sit, uel si (quod idem est) substantia
 &

& origine talis manet iuxta carnem, qualis excitus, & in gloriam assumptus est Qui in sæculo tamen, in eadem suprema & abiectissima in humilitate, præterea ad ignominiam crucis & mortem maxime infamē destinata, uiuus nihil minus & uerus deus fuerit? Ferre nē gloriam nō potest dei, unita deo substantia, nisi extra seipsam posita originis nomen abnuat? Cum maiestas tamen dei humilitatē carni unita, infirmitatem, & afflictionem, & crucis etiam mortē ita sustinuerit, ut nihil fuerit interim de eius naturæ ueritate detractum? Et est uero simile, uerum & æternum deum naturam nostram infinitis partibus à sua distantem, unam in personam Christum Iesum assumere potuisse, inuiolata naturæ suæ substantia: Naturam autem assumptam exaltare non potuisse nisi uiolata naturæ nostræ substantia? Naturam autem uiolat, qui suis eam proprietatibus exuit & spoliat. Spoliat uero carnem suo nomine, qui creaturam esse in totum negat.

Sed hominem, inquis, in gloria uerum statuo Christum. Cur ergo creaturam esse, hoc est cepisse & factum esse, negas hominem, qui in Christo, ut assumptus est, ita & æternam in gloriam translatus est? At si facturā illam in gloria agnoscis, substantia, origine, conditione, proprietate a deo diuersam, profecto & creaturam esse fatebris, quæ in domino æterna gloria est obfirmata. Nec repugnant quæ docet Apostolus,

D. VADIANI ANTILOGIA

nomen illi uidelicet datum quod supra omne no-
 men est &c. Quid ni enim super omnia fit, & no-
 men gerat omnium summum Christus Iesus, qui na-
 tura & essentia uerus & eternus deus est. Omnium
 enim heredem uel hominis filium exaltatum Pa-
 ter eternus constituit, & omnia subiecit pedibus
 eius. Omnium potestas ei data in caelo & in ter-
 ra. Qui in eo est statu, ut quaecumque patris sunt,
 etiam eius sint: & quaecumque eius, ipse etiam Pa-
 tris sint. Quia igitur Christo a cruce & morte re-
 diuuo & triumphanti omnia subiecta sunt, me-
 rito illi nomen datum quod est super omne no-
 men, ut sit dominus ad gloriam dei Patris, &
 omnium illi genua flectantur. Verum non ita
 dominus, ut Deus tantum, quasi nostra quoque in
 ipso natura in deum absorpta (quod Hilarius Ori-
 ginem suum admiratus, parum pie opinatus est)
 neque homo tantum, quasi mera creatura (quod Sa-
 mosatenus somniauit) sed DOMINVS ex semi-
 ne Dauid, Psal. 109. uera uirginis proles & filius
 simul Dei uiui Iesus Christus ad gloriam Patris.
 Philippen. secundum. Proinde cum nihil detrahat
 hominis filio glorioso, creaturae appellatio, sed
 substantiae assumptae ueritatem & originem mo-
 do indicet, non uideo cur uel non uocari crea-
 tura, uel creatura esse negari debeat, dummo-
 do in ea ueritate & natura iuxta quam filius
 Dei incarnatus est, manere affirmatur & cre-
 ditur. Prius autem ostensum est, consequi non
 posse, ut, quoniam substantia aliqua facta, &
 exorta,

exorta, creatura dicatur, in eadem etiam uel ser-
 uile quiddam uel infirmum & imperfectum po-
 nere necesse sit creaturæ nomine, quod à dei glo-
 ria alienum existat. Det enim naturæ illi glorio-
 sæ in Christo, Gaspar, quodcumque nomen uo-
 luerit, & uocem creaturæ uel maxime execretur:
 tamen fateri habebit id quod exortum, recens, &
 assumptum à Verbo & hodie in gloria exaltatū
 est, si, ut ait, manet carne, sanguine, ossibus, con-
 tactum, simul & à natura uerbi diuersum esse, &
 quia diuina æternæque natura non est, necessario
 creaturam esse ab omni deficientia, omnibus serui-
 li conditione semotam. Nisi aliquis idiomata ip-
 sa naturarum, seruilia esse putare uelit, quod sanè
 nec pietas, nec ratio ulla permittit: quando nemo
 ignorat sic substantijs naturarū innexas esse pro-
 prietas, ut illis in Christo subleatis non possint
 non confundi & uiolari naturæ, quæ solorū ta-
 men idiomatum notatione ita nituntur, ut inde
 & diuersæ existant, & inconfusæ subsistentiæ u-
 nionem constituent. Quis enim recte seruile di-
 xerit & abiectum aut ignominiosum, quod ho-
 minis natura (siue animam siue corpus æstima-
 mus) quia factura & creatura est, definita sua & li-
 mitata essentia, auctore suo nec finito nec circun-
 scripto inferior est? An non & angeli qui à facie
 dei nunquam absunt, hoc genere & gradu con-
 tinentur? Vere seruilia sunt, uere ignominiosa, ue-
 re infirma, quæ nõ creatoris, sed nostra culpa con-
 traximus. Quod enim gemit creatura, non aucto-

D. VADIANI ANTILOG.

ri illi, cuius immensa bonitate in lucem ædita est, sed homini, cuius errore afixa est, ascribit. Proinde non habet in se ulla substantia quæ olim per gloriam libera futura est, quicquam quod recte possis seruire dicere, sed à culpa & peccato seruitus omnis exorta est, quæ cum peccato tamen & morte futura gloria diluerur, quemadmodum in Christo Iesu naturæ nostræ infirmitates omnes, quæ, peccato excluso, assumptæ erant, gloria illa qua à morte indutus & regeneratus est, sublata & ademptæ sunt. Alioqui & in Verbo quod incarnatum est, isthoc seruire fieret, quod æquale esse deo, non æstimauit, quod sese demisit, quod carnem induit, sic per illam præhensa, & uicissim unita, ut indissolubili nexu, in Christo deo & homine cohæreant, & quod natura sua infinitum est, naturæ finitæ & factæ sic admixtū sit, ut separari quæ semel hoc modo coierunt, nullo modo possint. Quin & iudiciū functio quàm seruilis futura est, si certo in loco esse aut finitæ conditionis esse seruire est? Veniet filius ille dei uiui, & filius hominis in carne uera ueniet, in gloria quidem fulgidissima, sed conspicuus tamen, & ascitis quidē Apostolis iudicibus ueniet, ore suo sententiam illam laturus, quam non homines modo, sed etiam angeli cum tremore sint audituri. Porro & orare patrem, & intercedere, & ministerium Pontificatus agere, & curam gerere ecclesiæ, et regere ecclesiam, seruire esset in gloria Christo, si id genus officia quæ Christo erga patrem suum

suum uti superiorem tribuuntur, inter seruilia de-
 berent numerari. Absit autem ut isthæc ulla serui-
 tute notemus in gloria, quæ tanto cum mysterio
 redemptionis & regenerationis coniuncta, re-
 gnum illud astruit quod nobis ab æterno est pa-
 ratum, in quo, tametsi deus omnia in omnibus fu-
 turus est, tamen eadẽ erunt in natura & substan-
 tia sua res omnes quæ gloria induentur, ut ne hi-
 lo quidem ab illo absint quod in sæculo & mor-
 talitate fuerunt. Nec minus differant à creatore in
 gloria, quàm differabant in infirmitate, nec tam
 gloriæ conditione, quæ & in iisdem alia atq; alia
 futura est, 1. Corinth. 15. quàm substantiæ origi-
 ne, qua quæq; res à deo exorta & producta est. In
 his autem omnibus deus omnia erit, quum om-
 nia in ipsum ut authorem & fontem & finẽ refe-
 rentur, quum omnis in eum intenta erit creatu-
 ra, cum gaudium illud plenum & consummatũ
 huius unius contemplatione absoluitur. Nihil il-
 le in se transferri patietur, qui perfectione infinis-
 tus est: nihil admittet in se murari, qui substantia
 æternus & unus & simplex est. Nec locum habe-
 bit ἀποθέωσις, ubi nec fieri deum, nec factum
 deum, sed æternum esse deum, unum & solũ co-
 gnoscimus. Scimus enim, inquit Apostolus, quod
 nullus sit deus alius nisi unus: nã etiã sunt qui
 dicantur Dii siue in cælo siue in terra, quẽadmodũ
 sunt dii multi, & dñi multi, nobis tamen unus est
 deus, q̄ est pater ille ex quo oĩa, & nos in illũ, et u-
 nus dñs Iesus Christus p̄ quẽ oĩa et nos p̄ illũ, etc.

Iesus, inquam, Christus, qui excitatus est à mortuis ex semine Dauid, non deus modo uerus, sed & carnis dispensatiōe dominus, qui hoc ipso creatura est, quia ex Virgine factura est. Proinde & Hieronymus in Paulum ad Ephesios scribens, Libere, inquit, proclamamus, nō esse periculum, eum dicere creaturam, quem & uermē & hominem crucifixum, & maledictionem tota spei nostræ fiducia profitemur. Et eodem in loco: Creatur, inquit, ille qui non erat, antequam fieret, aut certe de eo quod erat transfertur in aliud: sic & nos nūc creati dicimur in Christo Iesu, &c. Creatus igitur sine dubio Christus est, quando quod non erat, in uero factus est, & regeneratione noua etiam creatura factus est, primitiæ scilicet dormientium. Non diluetur enim per gloriam **CARRO**, sed obfirmabitur & stabilietur, ut etiam in illis qui ad supplicium sunt destinati, nulla amplius morte soluatur aut intereat.

Christus etiam in humilitate prophetis maior.

Porro, quum in uero illo & indubitato creaturæ habitu afflictionis, mortis & crucis, Christum non gratia aut adoptione, sed natura deum fuisse nemo neget, & constet alioqui in serui formaturæ quæ deus est nil defuisse, & potiore fuisse Mose, prophetis & sanctis alijs, Christum summa in humilitate constitutum, iuxta illud Ioannis, Ecce agnus dei. Item illud Christi, Ecce, plus quam Salomon hic; Ecce plus quam Ionas hic. Et Ioan. 4. Si scires donum dei, & quis sit qui dicit tibi, Da mihi quod bibam; &c. Non uideo quibus nam causis

caussis Gaspar moueatur, ut eundem in gloria deum esse negare pergat, qui deus in cruce & despectione permansit, si creatura in gloria existat. Nisi uocabulo creaturæ detrahi putat gloriæ Christi, cui tamen carnis eius substantia et ueritas ad eum non detrahit, ut in eam propè solam gloriæ plenitudo redundet. Pari de causa non uideo, cur non ipse modo sed plusculi alij qui suam opinionem tuentur, Christum in sæculo creaturam fuisse negare pergant, quem factum tamen iuxta carnem ex semine Dauid, præterea & infirmitati & corruptioni obnoxium fuisse negare nõ possunt. Permittunt, ni fallor, diffinitionem creaturæ Christo in carne uenienti, uocem autem rei diffinitæ et explicatæ non admittunt. Perinde atq; si quis Socratem animal esse rationale & mortale permittat, & simul eundem hominem esse neget: cum alterum tamen ex altero irrefragabili sequela deducatur. Sed, friuolis illis ne immoremur, illud maxime in id genus materijs tractandis spectandū esse arbitror, ne animo rerum arcanarum cupido immodice indulgeamus, sed id magna cura sequamur, quod scripturæ probat, & ueterum confirmat authoritas. Nihil enim, ut equidem iudico, in ueritate perquirenda stabiliendatq; curiosa subtilitate periculosius: nihil animi elatione damnosius est, præsertim ubi cum studio nouitatis, gloriolæ ambitio cõiungitur. Verissimum enim est, quod iam uulgo iactatur, Magnos errores à magnis ingenijs proficisci. Hanc igitur mediocri

D. VADIANI ANTILOG.

ratem si fuerimus secuti, facile intelligemus scriptura magistra, quomodo nos ossa ex ossibus Christi, & caro ex carne Christi dicamur & simus. Contra autem, quomodo Christus ipse certum Abrahamæ semen, caro ex carne nostra, & ossa ex ossibus nostris existat, certa fide cognoscemus. Seipsam enim non ignorat ecclesia: & illorum omnium certam habent scientiam, qui scripturis dediti, spiritum, non suum, sed illum qui est Christi, sectantur. Quin etiam fidem habet ex ipsa de Christi persona certam. Quod iuxta naturam Verbi quod incarnatum est, uerus etiam & æternus deus est: Contra Hebionem, Paulum, & Arium. Quod carnem nostram semen uidelicet Abrahamæ promissum, ab omni peccato emundatam dei filius assumpsit: Contra Valentinum & Martionem, qui negarunt mundam assumi potuisse. Quod in eadem carnis substantia excitatus, & in gloriam permanentem translatus est, uerus deus & uerus homo æternus futurus: Contra Origenem & Eutychem, qui substantiã carnis in Christo assumptam, immodica gloriæ æstimatione diluerunt. Creatam autem esse naturam à Verbo assumptam, ideo recipit fides, quia & factam esse eandem & è lumbis Dauidis deductam scriptura conuincit. Negari autem nõ possit, quin quod deo operante initium habet ortus sui, & factum est, idem etiam creatum sit: quodq; factura est origine & substantia, idem etiam creatura sine ulla dubitatione existat.

XII.

NEQVE semen, inquit, foret benedictio-
nis in quo omnes homines benedicuntur,
si creatura esset Christus: quod cū fide ta-
men & scripturis & promissionib⁹ diuinis tones
iteraris, pugnat, Vt planè necesse sit sub maledi-
ctione esse, qui Christum creaturā facientes, bene-
dictionē quę per eum est non recipiūt, Gal. Cōtra
autē illos qui Christo toti diuinā illam & propriā
sibi gloriā tribuunt, dum semen benedictionis si-
deprehendunt & recipiunt, in sorte & numero
esse electorū dei. Deus enim suscitauit filiū suum
Iesum & misit eum benedicentem uobis, inquit
Acto. 3. Petrus. Nimirum ut maledictione omni
sublata, spiritum illis sanctum & abundantes di-
uitias dei largiretur, &c.

Nos cōtra, hoc certius Christum, uel in gloria
creaturā esse nouimus, quo manifestius his ipsis
scripturis quę dominum semen esse benedictio-
nis ostendunt, uerū hominem & humana de pro-
sapia natū esse intelligimus. Nunquā enim scri-
ptura Christum semen Abrahamæ fecisset, si non ex
sanguine & posteritate eius iuxta carnem factus
& natus fuisset. Quod ipsum cū alibi non obscu-
re Gaspar agnoscat, docens Christū carnē suam
ex substantia Virginis Marię assumpsisse, tamen
eamdem usque adeo extenuat & deificat per glo-
riam, ut factam licet fateatur, Creaturā tamē uoca-
ri nullo modo ferat. Non sum autem nescius,
esse ἐκ τῶν προμαχῶν αὐτοῦ, qui palām asserūt,

non omnem carnem esse creaturam, & carnem quidem assumptam in Virgine, sed natura & substantia adeoq; origine à carne Adami primi parentis nostri diuersam. Hoc ipso ne de Virginis quidem substantia assumptam innuentes, quod à Gaspare tamen candidissime cōceditur. Ad hęc hominem faciunt de cœlo, non hoc quidem respectu, ut uel secundum naturā Verbi, uel secundum operationem spiritus in Virgine superuenientis, istud dicant, sed quod nihil prorsus de carne ullius hominis assumpsisse uideri debeat. Citant & in rem suam Apostolum 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus: secundus homo ipse deus de cœlo, &c. haud alio sensu quàm ut & carnis suę substantia de cœlo & non ex uirgine deductus esse uideatur dominus. Nam & Hilarius (quem forte sequuntur) haud raro dormitans, hac quoq; à parte impegit, subinnuens Christi carni & corpori nihil de suo Virgine addidisse, præter concipiendi, gestandiq; & pariendo ministerium, etiam si creaturam à Verbo assumptam palàm non agnoscit modo, sed etiam defendit. Crassius igitur opinantur, qui dicunt & sentiunt, carnem esse à domino assumptam quę creatura non sit: quippe qui & Valentinum & Apellen hoc ipso superent, quod hi carnem Christo de cœlestibus mutuata tribuebāt, illi æternā etiam facere contendunt. Aeternū enim esse necesse est, quod creatum non est.

De vera carne Christi.

Proinde hoc in loco iterum mihi repetendum, quod

quod ante sparsim admonuimus, & tela omnis
 teu redordienda mihi est de femine illo Abrahæ,
 qui Christus est, ne non cōpendio Lectori, si quæ
 æquabilem nacti fuerimus, pro nostra uirili con-
 sulamus. Caro, inquitur illi, maledictioni subie-
 cta est, quæ creatura est. Audio. Non fuit igitur
 creatura caro primorum parentum, quæ ante la-
 psam illum & infecutam maledictionem in pa-
 radisum collocata fuit? Et corpora illorū, qui se-
 pulchra sua Christo moriente egressi, cum Chri-
 sto euam resurrexere, & in gloriam sunt recepti,
 creatura non sunt, quia maledictioni obnoxij es-
 se desierunt? Quod si uere sunt & fuere caro &
 creatura, quid obstet, aut in mora sit, quo minus
 & Christi caro quæ pro nobis maledictū factum
 est, sit & uocetur creatura? simul etiam semen sit il-
 lud Benedictionis per quod Abraham pater om-
 nium credentium factus est. Generationem enim
 Christi secundum carnem ex patribus, non ima-
 ginariam ac uelut in Iosepho desinentem, sed ue-
 ram & euidentem longa patrum enumeratione
 Mathæus & Lucas deduxerunt: Ille quidem ab
 Abrahamo orsus, cui semen illud promissum est,
 non carnis modo, sed euam spiritus, Gen. 22. Hic
 autem ad Adamum usque progressus est, quo &
 Christi carnem iuxta substantiam inde descende-
 re intelligeretur, unde Abrahami & patrum om-
 nium caro propagata est, & simul efficacia bene-
 dictionis Abrahamo promissæ, nō solum ad po-
 sitrema & finem usq; sæculi, sed ad prima etiam

Genealogia domini.

nostræ naturæ exordia pertingere, ostenderetur. Siquidem & primis illis parentibus nostris de semine illo quod peccatum à serpente suggestū calcatum esset, patefactum est, Gen. 3. Neq; afficit quod apud Lucam scriptum est, Iesus incipiebat esse annorū triginta, ut putabatur, filius Ioseph, &c. Luc. 3. Licet enim uerus Iosephi filius nō fuerit Christus, de semine uidelicet eius genitus, tamen hoc honoris habebatur matrimonio, ut pro gentis illius more in genealogia statuenda, non à muliere, sed à uiro generis initium sumeretur et finis. Scriptura enim in maritos texit seriem stirpis non in uxores. Interim tamen, quoniam Maria uirgo Iosepho nō modo desponsata, sed stirpe etiam & genere, ut ita dicam, contribulis erat, de tribu scilicet Iuda, quæ in Dauidē & Abrahamum præcipue referebatur, factum est, ut & ipsa dominum Christum, semen uerum & certum Abrahamæ, de carnis suæ substantia intracta licet à Iosepho & solo spiritu obumbrata, conceperit et genuerit. Quàm false enim & impie Petrus, quàm oscitater Paulus ex lumbis Dauidis & uentre eius dominum iuxta carnem deriuassent, Act. 2. & 13. si iuxta carnē, in qua sola matrē habuit, de uirginis etiam substantia propagatus nō fuisset? Neq; unquā recte scriptura uentrem uirginis, uentrem esse Dauidis prædixisset, & Christū uentris illius fructum declarasset, si Mariæ sanguis & soboles ad Dauidis carnem & sanguinē non attinuisset. Non putandū autē scriptura quicquam in illa generationis

nerationis Iesu Christi historia simulasse, ac ceu
 imaginarium proposuisse: quæ sic in re illa & spi-
 ritu & ueritate cohæret, ut quicquid à prophetis
 dictum est, id ipsum apostolica doctrina fecerit ra-
 tum. Oportet enim impleri scripturam, cuius ne-
 iora quidem quicquã tam tenuiter indicat, quod
 non in opus & factum deducatur. Porro Diuus
 Mathæus sic est Euangelion suum exorsus: Li-
 ber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij A-
 braham, &c. statim & in initio quidem Christum
 ex Dauidis & Abrahami posteris esse testatus. Ad
 hæc locos illos instrumenti ueteris quæ seminis
 illius meminere, sic ad dominum iuxta carnem
 Iudæum & sub lege factum Apostoli retulerunt:
 ut planè impius & blasphemus sit, qui rem tam
 claram, tamq; disertis oraculorum testimonijs
 proditam, negare pertexerit. Paulus enim Rom.
 1. de Christo: Qui genitus, inquit, fuit ex semine
 Dauid secundum carnem, &c. iuxta naturam hu-
 manam Christum non de cælo missum, sed ex
 stirpe Dauidis progenitum esse indicans. Idem
 in eiusdè Epistolæ cap. nono de Iudæis cognatis
 suis locutus: Qui sunt Israelitæ, inquit, quorum
 est adoptio & gloria, & testamenta, & legis con-
 stitutio, & cultus, & promissiones, quorum sunt
 patres & ij ex quibus est Christus, quantum atti-
 net ad carnẽ, &c. Carne ipsa non aliud quàm cor-
 pus et hominẽ intelligēs. Idem Act. 13. de Dauide
 Iesse filio differens: Huius, inquit, è semine deus,

D. VADIANI ANTELOG.

ita ut promiserat, adduxit Israeli seruatorem
 sum. Et Gal. 3. locum illum insignem Gen. 22. de
 semine benedictionis exponens, Non dicit, in
 quit, ex seminibus tanquam de multis, sed tan
 quam de uno: Et in semine tuo, qui est Christus.
 Nec me fugit eodem loco & Gentes semen Abra
 hae intelligi propter Christum, cuius benedictio,
 seu, quod idem est, sanctificatio omnibus illis qui
 credunt, siue circumcisio sint iuxta carnem, siue prae
 putium per carnem, ex pari confertur, per eundem
 spiritum fidei. Atque eo modo seminis notatione a
 carne ad spiritum translata, dicantur filij Abrah
 ae qui licet eius stirpis iuxta carnem non sint, sed fi
 de tantum illum referant, haeredes scilicet promif
 sionum & Abrahae posteritas facti. Hac enim de
 causa credentium omnium patrem fecit Abrah
 am Apostolus Rom. 4. Verum Christus domi
 nus noster, non eo modo semen est Abrah
 ae, tan
 quam & ipse ex fide sanctificatus, qui fidei in se,
 & petra & fundamentum est. Sed re ipsa iuxta car
 nem & propagationem semen est ex lumbis Da
 uidis, & fructus benedictae uirginis Mariae: quem
 admodum & Iudaei iuxta carnem uidem filij Abra
 hae & semen Abrah
 ae dicti sunt. Hebraeis enim Se
 men progeniem & posteritatem significat: quam
 quemadmodum carnalem habuit ex patribus cum
 Iudaeis Christus natione Iudaeus, ita spiritalem ex
 patribus per Christum, quicumque credunt in Chri
 stum, meliori conditione filij Abraham, sine car
 ne per spiritum promissionis fidei, quam filij A
 brahae

brahæ per carnem sine spiritu, Ioan. 3.

Porro Christus, ut semen sit Abrahæ uerum, et Christus semen Abrahæ benedictio fidelium. quidem iuxta promissionem, carne eius sola factum est: ut autem benedictio quæ in promissione præcipue indicata est, non in carne sola, nec fide, sed **VERBO** illo à quo semē Abrahæ, homo scilicet in uirgine cōceptus, assumptus est, quo dñs caro factum est, obtentū est. In hoc enim uniuersa promissionis præstantia & opulentia consistit. Nisi enim filius ille uirginis promissus Abrahæ, uerus deus in carne fuisset, nulla in Christo Iesu futura fuisset benedictio. Caro enim Christi, ut libro decimo de Ciuitate dei Diuus Augustinus ait, per seipsam non mundat, sed per uerbum à quo suscepta est, quoniam Verbum caro factum est, &c. Incertissima etiam fuisset seminis indicatura, quod promissum est Abrahæ, nisi insigne quoddam arcanum & sacramentum promissione ostensum fuisset. Si enim ex carne benedictio intellecta esset, nullum discrimen fuisset, quin omnis posteritas carnis Abrahæ ad promissionem pertinuisset confuso simul & perplexo in uniuersum seminis nomine. Si ex fide, seu spiritu fidei, iam & Isaac & Iacob & Ioseph, Dauid & Salomon neque non & alij ex patribus qui celebri in Christum fide fuissent, semen illud esse, aut certe uideri potuissent. Deus autem ad Abrahamum locutus, In semine, dixit, tuo benedicentur omnes gentes. Quod spiritus sanctus per Apostolū exponens, In semine, dixit, non in seminibus: in se-

mine, inquam, qui est Christus, qui iuxta carnem
 est stirpe seu semine David, iuxta uerbum autem est
 sinu patris cœlestis, non homo modo, sed DEVS
 etiam excelsus plenitudine temporum in Virgi-
 nem missus & homo factus, Gal. 4. Qui declara-
 tus fuit filius Dei cum potentia secundum spiri-
 tum sanctificationis, ex eo quod resurrexit à mor-
 tuis Christus Iesus dominus noster, Rom. 1. Nā
 & prophetica testimonia plenitudinem sanctifi-
 cationis in semine illo futuram ostenderant, ut in
 Psal. 132. Super ipsum autem effloret sanctifica-
 tio mea, & alijs innumeris locis. In carne igitur
 sine Verbo, sic locum non habuisset benedictio
 promissa, ita in Verbo sine carne, seminis ratio &
 ueritas non constitisset. Proinde & Petrus Act. 2.
 de Dauide disertissime locutus: Propheta, inquit,
 cum esset, & sciret quod iureiurando iurasset sibi
 deus futurum ut de fructu lumbi ipsius quantum
 ad carnem Christus exoriretur, ac sederet super
 sedem eius, præsciens locutus est de resurrectione
 Christi, quod non derelicta sit in inferno anima
 eius, neq; caro eius uiderit corruptionem, &c. Pa-
 lam indicans carnem Christi quæ de lumbis Da-
 uidis assumpta est, incorruptam esse illatam cœ-
 lis & immutatam in natura sua sedere in Christo
 ad dexteram patris, iuxta dictum prophetae Psal.
 132. De fructu uentris tui ponam super sedem
 tuam: hoc est, super sedem regni æterni, quæ san-
 cto regno Dauidis adumbrata est. Nec dissimilia Iu-
 dxos

daos ex spiritu fidei docuit in eo sermone Paulus quem habuit in synagoga Antiochensi Pifidia, cuius Lucas Actorū decimotertio cap. meminit. Rex enim David 2. Regum 7, filium illum iuxta carnem & dominum suum nouit in spiritu, à Nathan propheta uerbo reuelationis admonitus, futurum scilicet se mortuo (Salomonem enim uiuus susceperat) ut semen post ipsum de uentre stirpis suæ suscitaretur, qui ueram tandem domum deo patri suo ædificaturus esset, cuiusq; thronus & regnum in æternū durarent. Quam prophetiam Iudæi hodieq; ad Salomonem referunt, quod falso putari scriptura ipsa conuincit, & scripturæ interpretes confirmant, ante alios Augustinus lib. de Ciuitate dei decimoseptimo. Notus est locus Pauli, & à me iam sæpe citatus, Memento Christum resurrexisse à mortuis ex semine David, hoc est, in ea carne quam de stirpe David assumpserat. Docet enim eundem in ueritate excitatum & in cœlestra subuectū, qui pro nobis fuerat mortuus. Quod si nulla alia forent rei tam euidentis testimonia, tamen una ad Hebræos sanctissima Epistola abunde sufficeret, aliquoties indicans dominū & semen assumpsisse Abrahamæ, & illud ipsum cœlis etiam intulisse Christum per omnia similem fratribus, ut & misericors esset & fidelis pontifex, & hoc ipso quod ei contigit tentatum esse, ijs etiam qui præsentis sæculo tentantur, succurrere posset, Hebræorum 2.

D. VADIANI ANTILOG.

Christo sunt incorporatæ, licet ad stirpem Israël non atineant, quia tamen spiritu Christi & iustitia eius sanctificati, capiti illi quod Christus est, ut membra cohererent, non spiritu modo, sed & carne ipsa & ossibus cum carne Christi natura & ueritate communicant. Gentes enim in præputio, fideles, caro sunt ex carne Christi, & ossa ex ossibus Christi, non minus quam Iudæi qui in circumcisione crediderunt. In Christo enim Iesu, si fidei iustitiam obserues, nec præputium æstimatur, nec circumcisio, sed noua creatura, Galat. ultimo. Christus autem caro ex carne nostra, frater & coheres noster, unctus legitur, secundum scripturas, oleo uidelicet exultationis præ consortibus suis, præterea & uirtute & sapientia auctus, quo magis certiusq; humanæ in ipso naturæ ueritatem agnosceremus. Vnde illud Apostoli dictum uidetur, de Christo loquentis Hebr. 2. Qui sanctificat et qui sanctificantur, ex uno sunt omnes. De natura assumptâ intelligens, iuxta quam una caro sunt caput & corpus. Subiungit enim, & inquit, Quam ob causam non erubescit fratres illos uocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te, &c. sicut Psal. 21. scriptum est, Ioan. autem 20. Christus ad Magdalenâ: Vade ad fratres meos, &c.

Conceptio-
nem Christi
puram existi-
uisse, & do-
minum per
omnia san-
ctum esse,

Hęc obiter repetere de carne Christi ex semine Dauid, aduersum illorū incogitantiam libuit, q̄ nescio quā carnē Christo affingūt, ne nostrâ illi utcunq; inhortâibus scripturis, cōcedere uideantur.

propter

propter maledictionē scilicet, quā naturæ carnis, ceu ineluibilem & inseparabilem ascribūt. Cum constet tamen hanc ipsam ab initio culpa omni uacasse, sed & immunem à peccato futuram in sanctis, qui iustitia fidei quæ per Christū est purgati mortem cum gloria commutabunt. Et hodie mundam esse in gloria eorum qui cum Christo excitati, & in gloriam recepti creduntur. Pari causa & longe etiam euidentiore, si expēdimus, Caro in uirgine nullo seminis coagulo, sed spiritu sancto operante formata, & à uerbo æterno assumpta, longe maxime sanctificata est, & sic quidem obfirmata puritatis conditione & prærogatiua, ut nec peccatum habuerit, nec habere poterit, uictima scilicet ad condemnandum peccatum destinata, in cuius sanguine redemptionem omnimodā sumus assecuti. Angelus enim partum illum nouum, & inauditam eius conceptionem annuncians, Benedicta, inquit, tu inter mulieres, Et Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur **SANCTVM**, uocabitur filius Dei, Luc. 1. Vnde patet, eundem spiritum ueritatis qui Christum è semine Dauid nasciturū, & Israelitam iuxta carnem futurum esse, prædixit, sanctum etiam & Dei filium nasciturum testatus est. Israelita autem non est qui de stirpe Israelis non propagatur, nec nascitur sanctus qui sancte non est conceptus. Quid inuat igitur rationē & curiosam quidem, neque ulla iusta causa luxuriantem, sequi-

D. VADIANI ANTILOG.

malle, quàm scripturæ ueritatem fide prosequi,
 & carnem Abrahæ, Christo sanctam relinque-
 re: Sane & in Agni nomine, natura & figura, per
 Prophetas, & Ioannem Christi innocentia de-
 monstrata est, & Apostolus Roma. 5. Iustum pro
 iniustus mortuum fuisse scribit, quo donum gra-
 tiæ propagaretur in omnes homines ad iustifica-
 tionem uitæ &c. Et in Epistola ad Hebræos, Chri-
 sti pontificatum uerum, legali & umbratili non
 hac tantum causa præfert, quod Sacerdotium
 ἀπὸ βαπτύ, id est, perpetuum, uicibusq; & suc-
 cessione submotum, gerit, quum in lege quon-
 dam successio translatiua esset: sed illa longe ma-
 gis, quod Pontifex ipse pius, innocens, impollu-
 tus, segregatus à peccatoribus, & sublimior cæ-
 lis factus uictimam exhiberet Patri, semel obla-
 tam non pro suis, sed pro populi peccatis, Hebr.
 7. Præterea prima Cor. 5. Eum, inquit, qui pecca-
 tum non nouit, pro nobis peccatum fecit, ut nos
 efficeremur iustitia Dei per illum. Ad quem mo-
 dum & Petrus 1. Pet. 2. suos ad patientiam cohor-
 tans, Siquidē, inquit, in hoc uocati estis, quoniam
 & Christus afflictus est pro nobis, relinquens no-
 bis exemplum, ut insequeremur uestigia eius qui
 peccatum non fecit. Ioan. quoq; 1. Ioan. 3. Scitis
 quod ille apparuit, ut peccata nostra tolleret, &
 peccatum in eo non est. Porro in quo peccatum
 non est, hoc nimirum SANCTVM & omni
 à culpa semorum est. Sed Christus ipse, æterna ue-
 ritas, ad crucem iam & mortem rapiendus: Venit,
 inquit,

inquit, Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Ioan. 14. & Mar. 14. Venit hora: Ecce traditur filius hominis in manus peccatorum. Ioan. enim s. ca. Quis, inquit, ex vobis arguit me de peccato? Vsq; adeo horum omniū ora obstruit scriptura qui semen Abraham indignum faciunt, quod ad benedictionem assumeretur, quoniam semel esset præuaricatione uitiatum: id quod & Martion, & qui eum antecessit Valentinus opinatus est. Certe sanctū & immaculatum assumpsit Deus, qui ut sanctos & immaculatos nos efficeret, in hunc mundum missus, in uirgine incarnatus est. Qui, quando efficere sanctum potuit cum crearet, bonum scilicet & à peccato alienū: idem à se creatam nullo in peccato carnē sanctam assumere, & ex utero sanctificato in mundum nasci potuit. Deum modo, incarnatum cogitemus, & extra aleam peccati ponemus qđ ille assumpsit, Christus Iesus seruator & redemptor noster.

Improbe autē & impie Valentinus, qui Christum cum carne superne induta, in uirginem demittebat, per quam in speciem modo, ceu per fistulam aqua emissus in mundū, & genitus esset: horrebat enim carnem nostram persuasione Diaboli uitiatā, tantaq; erat animi confidentia, ut & scripturis uim faceret, & præpositionem (Ex) in Euangelij eraderet, substituta præpositione (Per) ut non ex uirgine, sed per uirginem æditus, & in mundū natus esse crederetur. Adhæc, & illud torquebat, Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Sic em̄ cauillabatur, In ea, nō ex ea natum

Valentini
error eli-
ditur.

D. VADIANI ANTILOGIA

Christum, dixit Angelus. Torquebat & illud,
 Verbum caro factum est. Ceu e uerbo potius,
 quam e uirgine caro Christi constiterit. Aliaq; id
 genus multa, quæ passim e libris Tertulliani eli-
 ciuntur, uasre est commentus, ne non carnis no-
 stræ conditioni derogaret, & suam illam uero si-
 milem faceret, quã cū uerbo de cælo attulerat. At
 nostri illi in uirgine conceptum & in carnatū, in-
 quiunt, sed modo cœlesti affirmamus. Ita sanè ha-
 bet, sed modum illum sic moderamini, ut Christi
 carnem, nec creaturam esse, nec de creatura dedu-
 ctam asseratis. Sic enim docent hodie quidam,
 qui uel solidissime sentire se hac de re arbitrantur.
 Illud interim Pauli torquentes, Secundus homo
 de cælo &c. Quasi & iuxta carnem, ut ante dixi-
 mus, ira cœlestis credi debeat dominus, ut nihil de
 homine assumpsit. Et Maria genitrix, tam sit
 mater purata, ut cuius de substantia nihil assump-
 tum fuerit, quàm Ioseph pater Christi falso cre-
 ditus est. Ut sic, in admirabili illo, & propheticis
 oraculis decantato incarnationis mysterio, falsa,
 purataq; & imaginaria omnia exiuerint. Sed
 ita fit, ubi rationi nihil nõ adorienti, & omnia in
 dubium uocanti, immodice indulgemus. Scriptu-
 ras aut conferre, & sano in sensu accipere si per-
 geremus, profecto nec Pauli, neq; alijs seu pph-
 ticis seu Apostolicis testimonijs abuteremur. Idẽ
 enim Paulus, qui docuit primū hominem de ter-
 ra terrenum, secundum autem ipsum dominum
 de cælo &c. alibi quoq; docuit, secundum illum
 homi-

Scriptura
 cōferenda.

hominem Christū iuxta carnē ex semine David factum & genitum, & in eodem ex mortuis suscitatum, ut paulò ante diximus. Petrus quoq; (ut principes modo Apostolos citemus) cœlestem illam naturam, omnium ore, in Christo confessus, dixit: Tu es filius ille dei uiui &c. Alibi & humanæ naturæ de Patribus traductæ substantiā Christo uindicat, & uirū uocat Nazarenum, ex lumbis Dauidis progenitum. Vt omnino a deo labi & enarrare non possint, scripturam conferentes, quin sensum sanum ultro sese offerentem, retinere liceat, ut tam hominem esse ex stirpe David iuxta carnem, quàm ex Deo æterno Deum uerum, & æternum esse Christum Iesum sine ulla hæsitacione recipiamus, miraculum simul à sæculis ordinatæ & prædestinatæ incarnationis intelligamus. Natos quidem legimus præter spem & naturæ portitiam, Isaacum, & Ioannem Baptistam. Verum domino fœcundante uirili ex semine nati sunt. Solus Christus & unq; ad prærogatiuam arbitror, sanctificationis statuendam, de uirgine illibata solo deo operante conceptus, formatus, & genitus est. Vnde ipsum quidem originis nomen minime male cœlestem esse hominem dicimus: ueruntamen sic cœlestem, ut & de hominis substantia carnem assumpsisse intelligamus, quæ à nostra origine conceptionis non autem substantiæ ueritate uariarit.

Proinde & Apostolus quo Corinthiis non nihil tentatis & hæsitantibus, gloriam corporum

Explicatur
Pauli locus
1. Cor. 15.
Secundus
homo de
cœlo &c.

D. VADIANI ANTILOGIA

à resurrectione, distinctam proponeret, & claram
 faceret, similitudine primum à semine desumpta,
 uitur: deinde ad corporum præsentem gloriam
 conuersus, uariam esse ipsam indicat, ut simul &
 futuræ consummationis uarietatem demonstra-
 ret: postremo ad hominem accedens, Seminatur,
 inquit, in corruptione, resurgit in incorruptibili-
 rate: seminatur in ignominia, resurgit in gloria:
 seminatur in infirmitate, resurgit in potentia: se-
 minatur corpus animale, resurgit corpus spirita-
 le &c. His enim incommodis & Christi caro de
 cruce in sepulchrum, ut sic dicam, seminata est (re-
 cte em̄ & Augustinus Christo quadantenus ani-
 male corpus attribuit, lib. de Ciuit. Dei 13. ca. 23.)
 ac deinde in incorruptibilitate, potentia & gloria
 resuscitata. Deinde institutū suū prosequens Apo-
 stolus: Est, inq̄, corpus animale, & est corpus spi-
 ritale, quemadmodum scriptum est: Factus est pri-
 mus homo Adam in animā uiuentem, extremus
 Adam in spiritum uiuificantem &c. Quibus uer-
 bis non aliud agit, aut docet, quàm nos, ut autho-
 rem habemus carnis terrenis affectibus obnoxii,
 Adamum scilicet primum ad hoc factū, ut terram
 incoleret cresceretq; secundum carnem, & multi-
 plicaretur, ad quod præstandum suam quandam
 benedictionem acceperat: ita prorsus in secundo
 Adamo Christo authorem nos habere corporis
 spiritualis & generationis nouæ, quæ & hoc in
 sæculo hominem interiorem uiuificet spiritu, ut
 noua sit creatura, & in futuro externū hominem
 sic

sic restituat integritati, ut & ipse immortalis &
 omnibus terrenis affectibus exutus, plane cœle-
 stis atq; animo per omnia spiritui obsequente fu-
 turus sit. Deinde subinferens: Primus homo de
 terra terrenus: secundus homo ipse Dominus de
 cœlo. Qualis terrenus ille, tales & hi qui terreni
 sunt: & qualis ille cœlestis, tales & hi qui cœle-
 stes sunt. Et quemadmodum gestauius imagi-
 nem terreni, gestabimus & imaginem cœlestis,
 &c. Quibus uerbis, duos, ni fallor, homines sta-
 tuit, Priorem terrenum in omni posteritate sua ter-
 renis cupiditatibus affectibusq; morbidum & uir-
 tiarum, quiq; nisi spiritu secundi hominis regene-
 ratus fuerit, non possit regni Dei hæreditatem ob-
 tinere: Posteriolem autem cœlestem, ab omni pec-
 caro alienum, & reuiuiscentiæ nostræ authorem,
 qui de cœlo est, quia declaratus est cum potentia
 filius Dei, & qui cœlesti uirtute conceptus & ædi-
 tus est. Ioan. enim 8. cap. de seipso: Vos, inquit, de
 infernis estis, ego de supernis sum. Ac illius qui-
 dem sobolem non nisi terram & terrestria expri-
 mere, neque aliam gerere quàm parentis imagi-
 nem: huius autem posteros cœlestes esse & ima-
 ginem cœlestis referre. Hoc ipso igitur Aposto-
 lus Christum hominem esse uerū testatur, quod
 ei & Adami nomen largitur & secundum Ada-
 mum nominat. Quemadmodum enim & hi, qui
 per ipsum uiuificati cœlestes dicuntur, uere homi-
 nes sunt: ita & ipse cœlestis licet suis de causis exi-
 stat, tamen interim uere homo est.

Citatur par-
trum ex pos-
sio eius sē
loci 1. Cor.
25.

Tantum enim abest, ut locus ille Apostoli
Christum ita faciat hominem cœlestem, ceu non
natum ex Patribus, ut sanctis etiam & orthodo-
xis interpretibus occasio fuerit hoc constantius
humanam naturam in Christo asserendi, quo
clarius cum primo Adamo collatus, & Adami
nomine expressus intelligitur. Irenæus enim &
Tertullianus, auctores uetustissimi, carne uera &
creata quidem hoc libentius Christum induerūt,
quod Adami ei nomen indiderit Apostolus.
Tertulliani in libro de resurrectione carnis hæc
uerba sunt: Primus homo de terra choicus, id est
Limatus, id est Adā. Secundus homo de cœlo, id
est sermo Dei, id est Christus, non aliās tamen ho-
mo licet de cœlo, nisi quia & ipse caro atq; ani-
ma, quod homo, quod Adam. Et mox subinfe-
rens, Atq; inquit, substantia nullo modo separan-
tur choici & cœlestes, semel ab Apostolo homi-
nes dicti. Hactenus Tertullianus, eo Genio in-
scribendo præditus, ut ubi bene sentit, sic tractare
scripturas credatur, ut nemo melius. Ambrosius
quoq; Apostolum exponens: Notandum, inquit,
est, quod cum duos Adam, eiusdem naturæ utro-
que demonstrat, contra Manichæos & Apollina-
ristas facit, qui negant à dei uerbo perfectum ho-
minem esse susceptum. Ac infra paulò: Cœlestis,
inquit, dicitur Christus, quia non humanæ fragi-
litate ritu, sed diuinæ maiestatis nutu & conce-
ptus est, & enixus. Nam usq; adeo naturam no-
stram habuit ut secundus Adā diceretur, & homo.

Postre

Postremo, Si ideo, ut hæretici uolunt, nostri generis assumptus homo non fuit, quia cœlestis dicitur, ergo nec isti naturæ nostræ sunt qui cœlestes appellantur: si uero de his nemo dubitat, nec de illo est ambigendum. Hactenus Ambrosius, palam innuens & à ueteribus quibusdam locum illum Pauli eò detortum fuisse, ut carnis nostræ in Christo ueritas elueretur. Idem Ambrosius commentario in Epistolam ad Romanos de utriusq; in Christo naturæ ueritate, spiritus scilicet & carnis, in hæc uerba scribit: Qui factus est, de semine David secundum carnem, eum ipsum inquit, qui erat dei filius secundum spiritum sanctum, hoc est, secundum Deum, quia Deus spiritus est, & si-
Spiritus
pro Deo.
ne dubio sanctus est. Factum dicit iuxta carnem dei filium ex semine David, iuxta illud: Et uerbum caro factum est, ut iam unus sit Dei & hominis filius Iesus Christus &c. Vnam igitur Personam duabus ueris & inconfusis naturis Ambrosius constituit, in qua homo sit Deus, & Deus sit homo, Christus item homo de cœlo, qui idem & in terra Deus erat. Sed & Boetij uerba ex libro de naturis duabus in uno Christo, huc adscribere libuit, quæ rem eandem ad hunc modum habent: Hoc igitur expedito equiuocationis atq; ambiguitatis nodo, nihil est ultra quod possit opponi, quin id sit, quod firma uerâq; fides Catholica continet. Eundem Christum hominem esse perfectum, eundem deum, eundemq; qui homo sit perfectus atq; Deus, unū esse deum ac dei filium.

D. VADIANI ANTILOG.

Nec quaternitatem Trinitatis astrui dum homo additur supra perfectum Deum, sed unam eandemque personam numerum Trinitatis explere, ut cum humanitas passa sit, deus tamen passus esse dicatur: non quod ipsa deitas humanitas facta sit, sed quod à deitate fuerit assumpta. Item qui homo est, dei filius appellatur, non substantia diuinitatis, sed humanitatis: quæ tamen diuinitati naturali unitate coniuncta est, & cum hæc ita intelligentia discernantur permisceanturque, tamè unus idemque & homo perfectus sit & Deus: Deus qui idem quod ipse sit ex patris substantia genitus: homo uero quod ex Maria sit uirgine procreatus. Itemque homo deus, eo quod à Deo fuerit assumptus: & qui deus, homo, quoniam uestitus homine sit. Cumque in eadem persona aliud sit diuinitas quæ suscepit, aliud quam suscepit humanitas, idem tamen Deus atque homo est. Nam si hominem intelligas, idem homo est qui Deus, quoniam homo ex natura, Deus assumptione. Si uero Deum intelligas, idem Deus est atque homo, quoniam deus est natura, homo assumptione. Fitque in eo gemina natura geminaque substantia, quoniam homo deus, una persona, quoniam idem homo atque Deus. Hucusque Boetij uerba retulimus, quibus sane non tam breuiter quam pie & docte Christum persona unum, naturis autem diuersis constantem nobis depinxit. Nihil hæsitans carnem eius puram & sanctam esse, quam deus ipse & in uirgine quidem assumpsit. Virtus enim Christi, qua omnes sanctificamur & benedicimur, non tam

hoc ipso metienda est, quod & ipse homo est, un-
ctus scilicet oleo exultationis præ consortibus
suis, quam quod iuxta uerbi naturã uerus etiam
& æternus Deus est: ut non indocte quidam ho-
die tria in Christo, natura & genere diuersa statue-
rint, spiritum, animam, carnẽ. Spiritum nõ aliud
quam Verbi substantiam intelligentes. Verum
de carne Christi hæctenus.

Ad Gasparem nobis reuertendum est, quem
equidem miratus sum, præstantem illum uirũ D.
Martinum Frechtum, apud inçlytam Sueuorum
ciuitatem Vlmam Episcopum, quo cum ei hac de
materia controuersum est, adeo contemnere po-
tuisse, ut tam pie & amice admonentem non au-
dierit. Interim aut, quod grauius est, Ecclesiam or-
thodoxam, quæ ab Apostolorũ ætate in hunc usq;
diem aliud non sensit, docuit, aut tradidit, quam
Christum iuxta carnem creatum esse, maledictio-
ni & anathemati subiecerit, uelut aliud uel ipse
ostenderit, uel scripturæ cõuincant: quæ sanè nos
uelimus nolimus, eò trahunt, ut creaturam esse in
gloria Christum, & uerum iuxta carnem Abra-
hæ semen esse, fateri & credere habeamus. Nec
uidemus (quod sæpe iam dictum est) quid uel
gloriæ, uel maiestati, uel potentiæ Christi detra-
hat, quod hoc ipso eum quia substantia & natu-
ra uerus in gloria homo est, ueram etiam creatu-
ram esse dicamus. Primum enim, quod eundẽ fa-
cimus in gloria iuxta naturam assumptã, qui fuit
in dispensatione, aut similem dicimus carnẽ eius

2 D. VADIANI ANTILOGIA

carni nostræ, aut eandem cum carne nostrâ, &c. propter naturæ ueritatem nulla parte cum uerbo cõfusam, & in cœlestibus manentē facimus. Neq; hoc ipso diuinitatē grauamus ceu Christum pro sancto, ac non potius pro Rege, Mediatore, Pontifice & sacerdote nostro unico in cœlis habeamus, aut statum gloriæ cum statu dispensationis conturbemus, & (quod quidam Tragice exclamant) gloriã Christi æternam in compage Dei & hominis soluamus. Nihil horum à nobis ad hunc usq; diem uel somnium est, nedum cogitatum aut traditum. Nam quod inferioris notæ facimus naturam humanam in Christo ab illa quæ diuina est, scripturarum autoritate audeamus. Cum ipse met Christus patre se minorem esse, aut certe maiorem se patrem esse dixerit. Agnoscimus autem excellentissimum statum gloriæ Christi, agnoscimus carnem eius sic præstantem conditione, ut nulla ei quantumuis sancta & benedicta caro ullo tempore conferri queat. Confitemur in Christo toto nomen illud, quod est super omne nomen, in quo solo credentes salui fiant Act. 4. nempe in nomine Iesu Christi in gloria patris. Nec Physicum facimus hominem Christum, ceu adhuc animalis, hoc est infirma & mortalis sit caro eius, sed substantiam carnis factam, gloria æterna indutam asserimus. Non potest enim Physicum esse, quod gloriosum est, & negat Apostolus sese amplius Christum secundum carnem nosse, haud quidem ceu exuuiam & spoliatam

Physicum
corpus &
gloriosum.

spoliatum carne existimet, sed quod amplius non
 agnoscat corporalem eius uelut in conuictu &
 familiaritate presentiam, quam Apostoli tamen
 alij suauissima eius consuetudine adducti, tanti
 faciebant, ut à mœrore fuerint consolatione sub-
 leuandi, cum audissent dominū relicturum mun-
 dum, & abiturum ad Patrem. Ioan. 16. Quia hæc
 locutus sum uobis, mœstitudo impleuit cor ue-
 strum: sed ego ueritatem dico uobis, expedit uo-
 bis, ut ego uadam &c. Negligitur ergo Physicum
 corpus ab Apostolo, & cœleste queritur, ad patris
 dexteram. Col. 3. & Phil. 3. Vbi, inquit, nostra con-
 uersatio in cœlis est, ex quo & seruatorē expecta-
 mus, dominum Iesum Christum &c. Non nega-
 mus autem tale à nobis corpus tribui Christo eti-
 am glorioso, iuxta cuius naturam cum nobiscum
 communicet (frater scilicet & cohæres uocatus)
 æqualis esse Deo non possit: æquale enim esse
 deo, non cadit nisi in deum, ut recte est ab altissi-
 mis Theologis dictum. Æqualis ergo patri Chri-
 stus, iuxta naturam qua æternus est filius patris,
 non qua homo & hominis filius factus est. Scri-
 ptura enim (si Ambrosio credimus) filio patrem
 præfert iuxta naturam etiã diuinam: uerum quo-
 id sensu dicatur, facile est iudicare. Benedictionis
 autē semen tunc factus est Christus, quando con-
 ceptus & natus est, non quando à mortuis est su-
 scitatus. Nam quod à Gaspare uerba illa Petri
 Act. 3. Vobis primum deus cum suscitasset filium
 suum Iesum, misit eum benedicentem uobis &c.

sic torquetur, ceu credi oporteat Christum resuscitatum, & nomē & naturam creaturæ exuisse, aut certe, posita primū mortalitate, semen illud benedictionis promissum, factum esse, parum circum specte traditū est: tum, q̄ dominus patiens etiam & moriens semen illud fuit benedictionis uerū, in quo à cruce etiam & sanguine omnibus gentibus benedictū est: tum etiam, quod Petrus eo loco nō de resurrectione, sed de exortu, hoc est ipsa in hunc mundum missione Christi, intellexit. Scire enim Scripturę etiam ædere, & producere, & exhibere significat, non solum ex mortuis uite restituere: quod isto loco & ab Erasmo oculatissimo censore probe annotatum est. Nec aliud sensit Petrus uerbis suis, q̄ Paulus Act. 13. quando dixit: Vobis primum oportebat loqui sermonē Dei &c. (nimirum ad benedictionem & salutem) sed quoniam repellitis illū, ecce conuertimur ad Gentes &c. De Dauide etiam eodē loco uerba faciens: Huius inquit ē semine, Deus, ita ut promiserat ἡγορευε, id est, adduxit Israeli seruatorē Iesum &c. non aliud intelligens quā æditū & suscitatum Israeli ad salutē. Suscitati igitur Hebræis, qui ceu in sperato exorti nobis exhibentur, sicut Hebr. 7. Christus exortus esse dicitur sacerdos ad instar Melchisedechi, qualis per Prophetas fuerat annunciat. Ex excitatum esse Christum Israeli Esa. 45. ca. legimus. Sic & Deut. 18. Prophetā suscitabit tibi Dominus &c. Qui locus & à Petro iam dicto sermone, eadem in significatione citatus est.

CORPVS item Christi, inquit Gaspar, non posset esse corpus illud gloriosum, cuius Phil. 3. meminit Apost. Longe minus templum illud gratiæ sanctum, si tali esset corpore quali creatura est.

2 Neq; arca esset illa, intus & extra deaurata, in qua Testamentum Dei erat conditum.

3 Ac ne plenitudo quidem deitatis omnis, inhabitare corporaliter in Christo posset, si iuxta naturam humanam Creatura esset.

4 Quare iterum consequeretur, doctrinam illam tanta cū offensione coniunctam, Christum dominum plenitudine deitatis suæ spoliare. Sed & fidem nostram in totum euacuare, si Christus iam gloriosus factus iuxta alteram naturā Deus, secū dū alterā aut creatura foret seruituti subiecta.

Nos cōtra, hoc certius scimus corpus creature, in plenitudine tempis oblatę Christū assumpsisse, quo certiores figuras in scripturis, & corporales quidem habemus, quæ carnalē eius aduentū præfigurarunt. Vt Arca, Templum, Agnus, Petra, Serpens æneus & solidus, in deserto contra morsus serpentū suspensus, Nu. 21. Lapis item anguli, & lapis Zion &c. His enim omnibus corporis eius soliditas & ueritas non obscure ostensa & præfigurata est: corporis inquā qđ nondū erat, sed suo die formandum erat in uirgine, qđ à uerbo assumptum Christum nobis Iesum uerbū æternum, & Deum uerum, & hominem simul in tempore factum & assumptum, perfecte nobis exhiberet.

Figure solle
di corporis
Christi.

Hunc hominem uerum, & natura sua perfectum, Gaspar & ipse in gloria agnoscit, ut qui inuiolata naturæ integritate maneat. Verum talem esse factum per gloriam putat, ut iuxta corpus & assumptam naturam non creatura amplius sed Deus esse & intelligi debeat. Qua de re ne quis ambigat, Gasparis uerba ex Argumentorum Epilogo bona fide Latina facta hoc loco adscribemus, quæ Germanice ad hunc modum habent: Quamquam autem dominus Christus à resurrectione & ascensione sua, sedens ad dexteram dei, carne sua & corpore & sanguine immensam illam gloriam & claritatem dei patris, ut uerus & naturalis filius tota hæreditate sua est affectus, tamen hac de causa ueritas ei humanæ naturæ adeo subtracta non est, quin hodieq; sit & maneat perfectus & uerus homo, in omnibus membris suis, uidelicet, corpore, sanguine, anima, carne, ossibus. Habet enim etiamnum eam ipsam carnem quam de substantiâ & natura intemeratæ uirginis in plenitudine temporum homo factus assumpsit. Verum quod assumpsit, iam nunc in ipso, usq; adeo à Deo clarificatum & deificatum est, ut uel homo ipse Christi iam nunc in statu ipso & conditione gloriæ uniuersæ & sublimitatis dei existat, dominetur, & uiuat. Pater enim filium suum hodie, etiam iuxta humanam naturam ea claritate in gloria induit, quam in se filius ipse iuxta diuinam naturam habuit priusquam hic mundus existeret. Ioan. 17. *Uer*
per

permagnū sit discrimen inter creaturam & hominem illum in Christo, imò tantū absunt, quantum cœlū à terra distat: qua de re etiam 1. Cor. 15. scriptū est. Haftenus Gasparis uerba retulimus, hoc ipso à communi omnium sententia diuersa, quod in gloria hominem æquant Verbo, & naturæ tribuunt humanæ, quod diuinæ proprium est. Contendit enim eò translaturum esse Christum iuxta carnem, ut homo quidem maneat, sed tamē homo deus factus, & in deum assumptus, ut nec sit amplius creatura, nec recte uocari possit. Has igitur & id genus propositiones ut ueras tuetur & defendit.

1 Christus iuxta utranque naturam suam in gloria deus est.

2 Homo quidem est in gloria uerus, sed natura humana in deum translatus.

3 Ut omnino homo nō sit, qualis homo est creatura, sed deus sit extra omnem creaturæ nomenclaturam positus.

4 Hoc ipsum enim quod Verbum est in gloria, Christus uel iuxta carnem est per gloriam.

5 Nec igitur creatura est iuxta corpus, nec in loco est, nec loco circumscribitur.

6 Sed natura sua & essentia in animis etiā fidelium habitat, & nusquam non est.

7 Inter creaturam igitur & carnem Christi tantum interest, quantum cœlum à terra seiungitur.

8 Proinde et creaturæ uocem seruilia & in-

D. VADIANI ANTILOG.

firma trahentem, Christus homo in deum translatus ferre amplius non potest.

9 Pugnatur enim deum esse, & creaturam esse, confiteri.

Hæc omnia, & amplius etiam Christi gloriæ tribuit ἀποθέωσις illa quæ hodie instauratur. Nā & in sæculo creaturam fuisse iuxta carnem negant nonnulli, palam affirmantes carnem esse Christo assumptam quæ creatura non sit, nec aperte id à Gaspare quod sciam expressum est, creatura fuerit Christus mortalis, nec ne. Adeo suspiciose hodie semen illud uerum stirpis Iesse in Virgine assumptum distrahitur. Vniā autem tam assererent ueritatem eius, qui Christum deificant iuxta carnem, quam anxie naturam humanam per gloriam confundunt, & idiomaticis, sine quibus uera esse non potest, exuunt & spoliant, Vniā et ueritates agnoscerent, quas ecclesia scripturis innixa defendit.

1 Christus iuxta hominem assumptum non semper fuit, sed esse in tempore cœpit, in plenitudine temporum homo factus.

2 Homo autem factus ex Virgine, naturam nostram, & semen Abraham & Davidis in scriptura promissum uere induit & assumpsit.

3 Quando igitur à uerbo in tempore assumptum est, quod semper non fuit, sed factum est, non assumptus à deo deus, sed à creatore creatura assumptus.

ta assumpta intelligitur.

4 Factus igitur & natus cū intelligitur, nō potest non ob assumptam ex Virgine carnē creatura esse intelligi.

5 Natura igitur in gloria, quæ facta est, manente, manet & substantia quæ creata est, quando factum esse & creatum esse nihil prorsus differit.

6 Et locum habet graue dictum Hilarij, eiusdem periculi rem esse, Christum Iesum uel spiritum deum, uel carnem nostri corporis negare.

7 In gloria igitur Christus, hoc ipso respectu quo iuxta manentem carnis naturam, factura est, in tempore exorta & suscitata, uera etiam creatura manet & agnoscitur.

8 Verissimum est Boetij dictum, longe doctissimi uiri, Fieri non posse ut corpus in incorporealem speciem permutetur, aut ut incorporalia in sese cōmixtione aliqua in deo & homine permutentur.

9 Nisi autē maneret carnis & solida & conspicua natura in Christo, quæ facta & creata est, non posset in illa locabili limitatione & circumscripta ad iudicium uenire dominus. At ueniet filius hominis, & iudicio peracto, eadem in natura hæreditare illa, regni æterni nobiscum fruetur. Sed iam ad Gasparis argumenta respondeamus.

Nemo est, qui modo animo esse æquo uelit, qui non intelligat qua in significatione nos unā cum ecclesia & sanis eius doctoribus Creaturæ

appellationem usurpemus, & quid uoce maxime trita & nota exprimamus. Nō derogat enim glorioso corpori Christi, si originis indicandæ gratia creatura dicitur, cum aliud non dicatur, quàm quod omnium consensu pie sentientium receptum est, Christum scilicet factum esse, & esse iuxta naturam hominis cœpisse. Nec sic gloriosum extenuat corpus loco à Gaspare citatus Apostolus, quin corpus nostrum, corpori eius glorioso conforme futurum, asserat. Quomodo autem conforme fiat creaturæ iuxta carnis gloriā, quod in seipso creatura esse negatur?

2. Iam & templum etiam spirituale de hac creatura ædificatum esse & quotidie ædificari supra docuimus. Sed et templum illud quod destructū, & triduo reædificatum est, corpus scilicet Christi, creaturam fuisse ueram, hoc ipso quod destructū & resuscitatū est, constitit. Quid enim magis creaturæ propriū, quàm destrui & dissolui? Rom. 9.

3. Nec ulla parte, fidem in Christū euacuat creaturæ gloriosæ ueritas. Christum enim nō nisi incarnatum, ad uitam & salutem nostra fiducia omni apprehendimus, nec elabi ex oculis pignus illud gloriæ carnis uniuersæ quæ in semen est benedictionis recepta, nec externa ulla doctrina eripi nobis sinimus. Gaspari quidem placet creaturam dici nō debere hominē gloriosum, qui deus factus est. Contra, fidei placet creaturam fateri et prædicare hominem Christum iuxta naturā qua homo est, ne deum factum esse, quod sua in natura

tura & substantia à deo creatum est, quispiam posset suspicari,

Ob constantissimam enim & certissimam natura⁴ nostræ in Christo glorioso ueritatem factū est, ut ecclesia, nec Eutychem, nec Paulum Samosatenum, nec Origenem tantum alioqui uirum, ex Græcis, ex nostris autem ne Hilarium quidem, similia quædam cōmentantem, hac à parte admittere aut probare potuerit. Dabant quidem Euty-chiani (si Boëtio credimus) Christū duabus è naturis constare, sed in duabus consistere negabant, humanam naturam manifeste diluentes, aut certe naturarum substantias confundentes. Gaspar, & in duabus consistere ait, hominem in Christo glorioso manere recte & pie asserens. At sic exiit carnis naturam à sua conditione & proprietate, ut dum Christum deum esse factum iuxta hominem per gloriam contendit, factam amplius & in tempore exortā in Christo creaturā non agnoscat, nec ferat nos toties testatos creaturæ nomine non aliud intelligere, quàm substantiam in naturæ suæ genere & proprietate factam & à Verbo assumptam, quæ uere semper non fuerit, sed esse coeperit. Quod ipsum dum non recipitur, quid fit aliud, quàm quod natura illa hominis in Christo, ne facta quidem & ædita, reiecta eius origine & ueritate agnoscitur, & uetus error confusarum in Christo naturarum fuco tuendæ gloriæ reuocatur?

D. VADIANI ANTILOG.

IAM si in gloria creatura foret dominus, non nisi dimidiatum Christum liceret adorare, non autem illum qui de Maria natus, in cruce suspensus, mortuus & resuscitatus est. Cōstat enim creaturam nec in cœlo nec in terris adorari posse. Quare facile est, inquit, cogitare quanto in periculo et fides et adoratio nostra uersaretur si hoc modo Christus ex parte deus, ex parte creatura foret, qui à deo patre in spiritu sancto sic agnitus et declaratus est, ut homo ipse Christus uel ab angelis dei uniuersis adoretur, imò uero & dominus non angelorum modo, sed uniuersæ creaturæ factus est. Qui iuxta uaticinium Psal. octauo merito & angelicis spiritibus & potestatibus cœli uniuersis admirabilis factus est, quod homo ille & illa caro per crucem & passionē, gloriam illam dei inenarrabilem ea plenitudine acceperit ut & dominus & deus sit constitutus, quemadmodum secundo capite ad Hebræos abunde traditum est, &c.

Et hoc loco, & alibi largiri nobis Gasparem uidemus, ut hominem in Christo uerum perfectumq; carne, anima, ossibus, sanguine constantem, tunc adoremus, si modo hominem illum assumptum, non amplius creaturam, sed uerum deum & dominū per gloriam uerbo æqualem, confessi fuerimus. Nouit enim scripturam ab ipso Christo repetitam ex lege, Math. 4. Dominū deum tuum adorabis, & illum solum coles, &c. Non coletur igitur nec adorabitur creatura. *Ve colere*

colere igitur & adorare etiam iuxta hominē pos-
 sis Christū, ea causa permittit, quod iuxta carnē
 deus factus sit, *Gantz in Gott aufgenommen / Gantz
 vergottet.* Sic enim Germanice deificationē illam
 carnis exponit. Est igitur Christus in illa substan-
 tia de carne Virginis formata, & distincta mēbris
 & ex mortuis suscitata, Deus in gloria uerus, est
 & homo (eodem teste) uerus: quem si creatu-
 ram ea causa dicas, quia factus, exortus, for-
 matus in tempore, & in eodem assumptus est,
 negat adorari posse, quia nec in cœlo nec in terra
 creatura adoretur. Erit igitur iam nunc Christus
 non duarum solum, & diuersissimarū quidē na-
 turarum, sed unius etiam naturæ, puta humanæ,
 respectu uerus deus, per gloriam, & uerus homo
 per substantiam manentem: et constabit naturam
 hominis in Christo uel seorsim consideratā & co-
 gnitam, eam esse quæ recte & pie debeat adorari.
 Alicubi enim Germanice, in hæc uerba scripsit,
*Die menschheit Christi ist deß wāsens / der krafft vñ
 macht in der glori / welcher das wort vñ die göttlich
 natur ist.* Recte igitur carni tribuit in gloria, quod
 Verbo tribuitur, si hoc ipsum caro est in gloria,
 quod Verbum. Fateor autem me, pro fidei meæ
 modulo capere non posse, Christū iuxta carnem
 in gloria uerum & perfectum ex anima, carne,
 sanguine, ossibus, hominē manere, illum ipsum
 qui de semine Abrahamæ assumptus est, & iuxta ean-
 dem naturā, imò in eadem natura, non creaturā
 amplius, sed adorabilem & uerū deum esse. Nec
 uideo si ita sit, quem locū habeat Pauli distinctio,

D. VADIANI ANTILOG.

2. Timoth. 2. Vnus enim deus, unus etiam conciliator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus, &c. Noui quidem ex Apostolo & scriptura omni, Christum uerum deum esse, & adorari debere, sed iuxta naturam qua deus æternus est, non iuxta naturam qua est homo: iuxta hanc enim quia factus homo est, profecto deus non est. Sed Gaspari possibile est, ex natura facta & ædita deum fieri, & sic deum fieri, ut quod Verbum est in gloria, conditione, uirtute, potestate, hoc ipsum & homo uerus in gloria existat. Ne non duplicem θεότητα in Christo habeamus, æternam scilicet alteram, iuxta uerbum: & temporariam alteram iuxta factum & assumptum hominem, & interim hominem uerum, qui Verbum non sit, nec cum Verbo confusus sit, sed cum Verbo ὡσὺσαςίπ seu personam Iesum Christum constituerit.

Discrimen
naturarum
asseritur.

Longe aliter ecclesia et orthodoxi ecclesie interpretes, ita naturæ humanæ ueritatem affirmant in Christo, ut assumpta licet sit & unita cum Verbo in personam quæ Christus est, tamen sic & genere & natura & substantia differat à diuina, ut nec esse possit quod diuina est, nec diuinæ ullo modo equari. Scriptura enim (quod sepe iam admonuimus) naturas distinguit: & ut diuersas intelligamus, admonet. Præterea, de proprietatibus inseparabilibus ita disiungit, ut nec transire altera in

ra in alteram, nec altera æquari alteri possit: neque id mirū aut difficile est, cum fide certa & indubitata receptum sit æternam esse quæ diuina est, contra autem in tempore exortam & factam quæ est humana. Et iuxta diuinā quidem deum esse uerum, non autem hominē: iuxta humanam autem hominem tantum, non etiam deum, Christum autem de utraq; constantē, & deum uerum, totum, & uerum hominem, totum, esse & manere in sæcula. Iam & functiones aliquæ ac uelut officia tribuuntur Christo glorioso, per quas incarnatus ille filius non sine obsequio & religione (ut ait Hilarius) patri cœlesti deferre uideatur, dum patre pro nobis orat, dum intercedit coram, dum sancta illa sanctorum cœlestia ingressus, pontificem & propitiatorem, & sacerdotem agit, infirmitates et afflictiones nostras etiam sua in carne expertus: quæ omnia ei iuxta carnis assumptæ dispensationem uel in cœlestibus agenti præcipue tribuuntur, id quod ex tota ad Hebræos Epistola clarissime discimus. Nec sine causa factū est, quod ecclesiæ ueteres tum Græcæ tum Latinæ, preces suas publicas non ad Christum, sed ad deum patrem per Iesum Christum filium dirigendas esse, cōstituerent. Quanquam enim ipse dominus ad se uenire iusserit laborantes & oneratos quo referentur, Math. 11. tamen simul suos patrem orare suo nomine iussit, & quibus uerbis orandus esset docuit, pollicitus fore ut impetrarent, quod

Deus oratur per Christum, pater per filium.

suo nomine petitum fuisset: ad hæc & carnis re-
 spectu, & naturæ assumptæ obsequio, Christo ut
 hominis filio, & fratri nostro & hæredi, orationis
 ad patrem munus scriptura tribuit. Ipse etiam do-
 minus è mundo abiturus, promisit suis se uel in
 gloria rogaturum patrem, ne qua per sui absen-
 tiam in mundo consolatione destituerentur, Io-
 annis 14. Proinde & Apostolus subinde ad oran-
 dum pro ecclesijs intentus, nõ nisi patrem (quod
 sciam) domini nostri Iesu Christi appellat, sicut
 Ephes. 3. Huius rei gratia flecto genua ad patrem
 domini nostri Iesu Christi, &c. Et 2. Cor. 2. Fidu-
 ciam autem huiusmodi habemus erga deum per
 Christũ, &c. Et Ephes. 1. Mentionẽ uestri faciens
 in precibus meis, ut deus domini nostri Iesu Chri-
 sti pater gloriæ det uobis spiritũ sapientiæ. Et cla-
 rissime ad Rom. 15. Christus non placuit sibi ipsi,
 sed quemadmodum scriptum est, Opprobria op-
 probrantium tibi, inciderunt in me, &c. Et eo-
 dem capite, Deus autẽ patientiæ & consolationis
 det uobis idem mutuo inter uos sentire secundũ
 Iesum Christum, ut unanimiter uno ore glorifi-
 cetis deum ac patrem domini nostri Iesu Christi,
 &c. Item: Obsecro uos fratres per dominum no-
 strum Iesum Christum & per dilectionẽ spiritus,
 ut me laborantẽ adiuuetis precationibus pro me
 ad deũ, &c. Plenæ sunt apostolicæ literæ id genus
 precationibus quæ ad deum diriguntur per Chri-
 stum. Nusquã autẽ legitur orari Christus per deũ
 patrem

patrē, nimirū quia minister fuit Christus circūci-
 sionis pro ueritate dei ad cōfirmandas promissio-
 nes patrū. Hoc est, dispensationē egit in carne, Rom. 15. fi-
 lius hoīs, quam ne in gloria quidē totam posuit,
 quin subinde pro nobis oret patrem, & fratribus
 suis, imò uero & mēbris quorū ipse caput est, in-
 definenti reconciliationis sollicitudine consultum
 esse cupiat, iuxta illud Ioan. 1. Ioan. 2. Si quis pec-
 cauerit, aduocatū habemus apud patrē, & ipse est
 propitiatio nostra, pro peccatis nostris: nō pro no-
 stris aut tantum, sed etiam pro totius mundi. Atq;
 hæc quidē licet toti Christo cōueniant, non puræ
 creaturæ, sed iuxta uerbū, etiam deo: tamen iuxta
 carnis assumptam, ut diximus, dispēsationem, ex
 qua illa sibi munera iniuncta sunt, in primis di-
 cuntur. Nam iuxta naturā, qua deus est, cū patre
 & spiritu nobis uita eterna est, ut in eodē Ioanne:
 Scimus quod filius dei uenit, & dedit nobis men-
 tem, ut cognoscamus illum qui uerus est, & su-
 mus in uero, in filio eius Iesu Christo, hic est VE-
 RVS DEVS & uita æterna, &c.

Arbitramur aut naturā dei, hoc est, deū ipsum Refutatur
Trāslatio.
 in Christo haud admodū pro dignitate æstimari,
 ab illis qui hoc tribunt gloriæ Christi, ut hac ip-
 sa substantiā factā in nomē et potestatem factoris
 translata esse uideri cupiant, facturæ scilicet & pa-
 raturæ commune facientes, quod unius & solius
 creatoris est. Nemo dixit unquam, è suo gene-
 re translata fuisse carnis & sanguinis substan-
 tiam, quando deus æternus in uirginē demissus,

hominē uerum & naturalē ex eadē assumpsit, inenarrabili illo et cum multorū fide luctante mysterio, quo Verbum caro factum est. Quod si non transtulit carnem hominis, neq; deum substantia sua fecit assumptionis arcanum & miraculū, omnium arcanorum & mysteriorū maximum, longe minus gloria transtulit, cuius munus est, non transferre ullam naturam ē suo genere & gradu, sed in eodem magis confirmare, sola ista diuersitate obtinēte, quod quę antea, mortalia, infirmaq; & corruptioni obnoxia erant, immortalia, firma, & omni à corruptione exsortia, præstet & efficiat. Vnde & in illa ingenti gloria exaggeranda, eum modū tenemus, qui & naturæ in domino humanæ non officit, & sic humanam à diuina separat, ut nec subuertat aut diluat quod est humanum, neq; rursus diuinam in Christo substantiā ullius naturæ accessione uel augeat uel confundat.

Creaturæ
uocabulum
morose reij-
citur.

Sed & illud nobis persuademus, Frustra & morosius quidem, quàm ferre scripturæ candor possit, à creaturæ uocabulo Gasparē abhorreere. Qui ab humani interim corporis nomine, præterea et animæ & carnis, & ossium & sanguinis uocabulis, manifestam creaturæ descriptionem præferentibus non abhorret, sed in Christo glorioso manere illa corporis uidelicet elementa, sed glorificata palam agnoscit. Utinā autē nubeculam istam oculis eius radius ille gloriæ Christi tam profunde non immisisset, quin qua perspicuitate Christum

stum iuxta carnem, animam, corpus, ossa & sanguinem esse agnoscit, eadem etiam facturam & paraturam, atq; inde etiam creaturam esse, uideret & agnosceret. Quod ipsum si assequi nobis apud uirum alioqui tantum, domini fauore liceret, profecto & illud assecuti iam essemus, ne amplius diuinitatis nomine naturam nostram in Christo integram, ulla suspitione grauarer.

De Adoratione quod docet, nullam creaturam uel in caelo uel in terra adorari posse, plane illi concedimus, eo maxime sensu, quo ipse pro re instituta adorationis uocem usurpat. Fide etiam recipimus Christum totum uerum deum esse, atque ea re totum etiam recte & pie adoramus. Verum ut adoremus eius naturam respectu fit, iuxta quam totus ipse uerus & aeternus deus est, non illius causa qua homo factus in tempore & a Verbo assumptus est. Dimidiatum enim Christum nec habemus nec agnoscimus, sed totum dicimus hominem esse iuxta carnis naturam, totum etiam deum iuxta substantiam Verbi. De toto Christo praedicatur, quod altera cum natura pugnat: quodque naturae inter se non ferunt, hoc ipsum commune est personae: id quod ex scripturis sanctis multis modis ostenditur. Paralogismo igitur inuoluuntur, qui subsistentia personae neglecta ad naturas uelut diuisas, soluto Christo & dimidiato conuertuntur: nec aduertunt non nos, qui nihil seorsim naturis tribuimus, sed sese Christum

De adoratione Christi.

D. VADIANI ANTILOGIA

cum Nestore diuidere, quū naturam carnis ita à natura Verbi abstrahūt, ut, si creatura sit caro Christi ex Virgine, adorari ea caussa non posse Christum arbitrentur. Fallit enim hunc ad modum ratiocinantes ὑψίστος & personæ indissolubilis nitas, in Christo domino diuersissimis è naturis contracta. Nec habent locum sequelæ in Christo qui deus est uerus, sicut ualent in his quæ puræ sunt creaturæ. Porro ne nos quidem dominū gloriæ, simpliciter creaturā esse asserimus: quis enim locus adorationi foret, si sic creaturā diceremus, ut Paulus & Barnabas creaturæ fuere, et ut Petrus erat creatura qui Cornelium ad genua pronum non ferebat adorantē, sed reprimebat peccati conscientia? Quin iactatam illam scholarū omnium uocē sequeremur, quæ uno uelut ore prolata negat naturæ humanæ in Christo per se, hoc est, pure & seorsim æstimatæ, adorationem deberi. Ceterum pure humanum nō est, quod à deo unam in personā assumptū est, & in quo deus est, quod & in deo est. Quando igitur constat omnium consensu, uerum deum recte adorari, & Christus sit uerus deus, cōsequi necesse sit & Christum recte adorari. Totus autē cum sit deus, totus etiā recte adorabitur. Contra uero non sequitur, ut quoniam creatura adorari nō possit, Christus autem creatura sit, Christum igitur adorari non posse: & ut quidā cauillantur, Creatura nec iustificat, nec redimit, nec seruat, Christus autem creatura est, Christus

Paralogismi quidam.

Christus igitur nec iustificat, nec redimit, nec seruat. Sic enim Christus personæ unitate & substantia creatura est secundum naturam factam, ut simul etiam Deus uerus sit, iuxta naturam assumptam, quæ non facta, sed æterna est. Nec diuisus Christus est, ut Deus in ipso adorari debeat, homo non debeat, sed quicquid est totus est. Totus autem si pura creatura foret, cessaret adoratio: modo quia totus, Deus est, non potest non adorari. Sic enim est in gloria Adam ille secundus, & sermo primus, ut si quis talem mihi ostendat alium, qualis est ille filius hominis ad dexteram Dei positus, eundem ego plena fiducia sim adoraturus. Quandoquidem & infirmus & mortalis, & serui forma indutus, plena fide adoratus est, etiam in cruce, despectissima creatura, ab iuxta hærente latrone, quando dixit, Domine memento mei cum ueneris in regnum tuum, Lucae uigesimaltertio. Et in cunis etiam à Regibus Orientis, Matthæi secundo. Sed & cæcus qui fuerat, Ioannis nono, Christum Dei filium credens, adorauit eum. Usq; adeo non obstat adorationi humilitas Christi ad mortem destinata, ut in eum mortalem sicut & uitam & salutem creditum esse supra diximus, ita & ad uitam, & cum fide, nec dum gloriosus, sed peccatum etiam & maledictio factus, adoratus est. Habet enim spiritus fidei, comitem adorationem, & fieri nequit, ut non adores, in quod tota

cordis tui fiducia proucheris. Ioannis corpusculum in utero gestatum, Christo nondum nato, sed incarnato tamen assurgit. Et iuxta Prudentium, Virgineum dominum materno ex ore salutat. Adoratus est Christus spiritu fidei, quando ei Hierosolymas proficiscenti acclamatum est: Hosanna filio Dauid, Benedictus qui uenit in nomine domini, Hosanna in altissimis. Sed & clamor Barumæ cæci Mar. 10. Fili Dauid Iesu miserere mei, adoratio fuit. Dat enim huic testimonium Christus ipse quod fide clamavit & adorauerit. Et in naui, post seruatum in fluctibus Petrum, dei filius esse cognitus, & adoratus est. Quæro autem Gasparem, num tunc deus fuerit Christus iuxta carnem? Non dicet arbitror mortalem & creaturæ incommodis obnoxium, præterea nec dum gloriosum. Vere autem & pie adoratum nõ negabit, cum adoratum fide, scriptura doceat. Quid igitur? Ne gloriam quidem nedum diuinitatem carnis in Christo adoratio requirit, quæ fide pagitur, quãdo mortalis Christus recte adoratus est. Et hominẽ fuisse iuxta corpus, a deo derelictum, crucis clamor & clamorem insecuta mors Christi docuit. Quid igitur dimidiatum facis in gloria, Christum, quem adorem, si creaturam dicam, & integrum mihi in infirmitate & morte relinquis adorandum, quem creaturã fuisse negare non potes? Et quem ne gloriosum quidem credere Thomas uoluit, nisi prehensio palpatoꝝ carnis & corporis

poris habitu. Christus enim Ioã. 20. Infer, inquit, digi-
 tum tuum huc, & uide manus meas, & admo-
 ue manum tuam, & immitte in latus meum, &
 noli esse incredulus, sed credens. Neq; deũ agno-
 uit utraq; in natura, Thomas, dum palpauit ho-
 minem, quod à Gaspare tamen urgetur: sed do-
 minum uocauit ob carnis assumptæ & resuscita-
 tæ ueritatem, & euentiam: deum uero, quem an-
 tea ore Petri filium dei uiui erat cõfessus. Notius
 autem est, quàm ut multis sic admonendum, Do-
 minum uocari Iesum Christum, non hac modo
 causa quia uerus deus est, sed illa q̄q; quia uerus
 est & solidus homo, & uoces illas: Rex, Pontifex,
 Sacerdos, Cõciliator, Mediator, Lapis, Fundamen-
 tum, Petra (urante quoq; diximus) in naturam il-
 lam quæ est assumpta, magis quàm in diuinam
 inclinare, in Christo. Proinde & à Thoma & do-
 minus & deus uocatus est Christus, quum ueri-
 tas corporis eius à morte & resurrectione perspe-
 cta & deprehensa est. Ut nihil agant, qui uerbis
 Thomæ sic deum ostendi Christum putant, ut &
 iuxta carnem, deus factus intelligi debeat, cum &
 dominum, & deum dixerit, duobus commatibus
 distincta oratione, sicut Psal. 8. Propheta ad Chri-
 stum, Rex meus, & Deus meus. Quanquam &
 istud perparũ referat, etiam si dixisset, Dñs Deus
 meus. Nam & sese ipsum mortalem, & à Satana
 tentatum, dominum deum esse testatus est, Mat-
 thæi 4. Quando lege repetita, & in se deũ uerum

D. VADIANI ANTILOG.

translata, dixit: Non tentabis Dominum Deum tuum. Rursum autem & hominem uerum, qui & in Patre confisus sit, spem suam illum faciens, sicut Psalmi locum (Ego ero fidēs in illo) de ipso Christo Hebr. 2. Apostolus exposuit. Et in cruce ad certam humanæ in se naturæ contestationem faciendam, derelictum sese à Deo heulauit.

Summa &
peroratio.

Summatim autē ut dicamus, idem fuit Christus naturæ utriusq; ueritate, in uirgine, in præsepi, in cunis, in cruce, in sepulchro, qui hodie est in gloria, utrobique Deus uerus, utrobique homo uerus: quem ut admirantur angeli sublimem, & ut Deum suum & Dominum adorant, ita & humilem & recens natum hymno profecuti sunt. Et gloriam tribuerunt Deo, pacem autem annunciarunt terris, & hominibus uoluntatem misericordem, qua à morte ad uitā reduceremur. Quare ferre non potest fides, ut è sorte & conditione carnis nostræ, transferatur gloriosus dominus, frater noster & cohæres noster, qui ut crucē suam nostram fecit, & participes nos constituit afflictionum suarum in sæculo, in corpore etiam suo mystico quod reliquum est passionum perficiens, ita perpetuam etiam uoluit carnis suæ pro nobis datæ, & crucis memoriam à nobis custodiri, nec tam æstimari à gloriosis quàm à humilibus teneri, quia humilis ipse seruus scilicet et minister uitam pependerit, morte obita, quo & nos cū ipso olim uiueremus, Nec dum enim completa est gloria, cruce

cruce in corpore suo etiamnum durante, nec in to-
 tum subiecti pedibus eius inimici, qui crucis sunt
 authores, ut repente sic Deum iuxta carnem sta-
 tuamus Dominum nostrum, qui cum haeres sit
 iuxta hominem, Deus iuxta eundem esse non po-
 test. Nihil habet Deus quod hereditario possi-
 deat. Nulli debet quod habet, sed acceptum illi re-
 fert omnis creatura, quod est, quod habet, quod
 possidet. Hæc de Christo creatore & creatura, fi-
 des assequitur, quæ de scripturis hauritur, quam
 & nos nulla hæsitacione profiteamur. Putant qui-
 dem, disceptatores nonnulli, non tam re quam no-
 mine solidi, Christum creaturam non esse capere
 neminem posse nisi cui sit datum. Ego uero ut
 nolim ullum errorem præfractius propugnare,
 ita & ex animo precor illis spiritum dari uerita-
 tis, quo de Petra illa fidei & fundamento structu-
 ræ sanctæ Christo Iesu Domino & rege, & Deo
 nostro, aliud sentire & tueri non pergant, quam
 quod Asylo illo ueritatis, Scriptura dico
 diligenter collata, nobis præ-
 scribitur & exhi-
 betur.

FINIS.

100446

OCN 902601588

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words like "University" and "Chicago" are faintly visible.

FINIS



